COR. [illegible] ARGENTINAE, [illegible] ISEL. 1661

25,692/A

2

773
1/2

TRACTATUS MEDICUS

De

CURA LACTIS

In Arthritide,

In quo indagatâ naturâ lactis & Arthritidis tandem rationibus, & experientiis allatis diæta lactea optima Arthritidem curandi methodus proponitur

A

JOH. GEORGIO GREISEL,
Philoſophiæ & Medicinæ Doctore.

Editio ſecunda auctior & correctior.

BUDISSINÆ,
Impenſis JOH. WILISCHII,
Typis ANDREÆ RICHTERI,
M. DC. LXXXI.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Reverendiſſimis & Ampliſſimis, Ex-
cellentiſſimis & Illuſtriſſimis

DOMINIS,

Dominis Illuſtribus, Generoſis,
ac Nobiliſſimis

DOMINIS,

Inferioris Auſtriæ Pro-
ceribus

DOMINIS.

Dominis meis Gratioſiſſimis.

SI ingratitudo magnum vitiũ eſt, id ſanè maximum erit, ſi illud in Parentes committimus: ſi & ii Parentes ſunt, unde non tantùm vivere, ſed & noſtrum benè vivere habemus, & quis erit Clientum veſtrorum in orbe terrarum, qui vos *Reverendiſſimos, Excellentiſſimos ac Illuſtrisſimos Proceres*, non *Patres Patriæ* agnoſcet? quorum perſpicaciſſimâ induſtriâ, induſtrioſiſſimâ vigilantiâ, vigilantiſſimâ curâ ſub feliciſſima umbra veſtræ *magni Jovis* Aquilæ in fortunatiſſimo ſtatu, in amœniſſima pace, in ſereniſſima tranquillitate conſtituimur, quorum affabilita-

tem

tem indies experimur, quorũ in univerſos urbanitatem magis magisq́; animitùs videmus, quorum manſvetudinem ſummoperè admiramur, in quibus ſingulis omnium virtutum exaggeratam collectionem non immeritò obſtupeſcim⁹: Qvid enim malorum eſt, quod *vos* Herculeo animo non vincitis? quid difficultatis eſt, quod *Veſtro* Ingenii aculeo non penetratis? qvid acerbitatis eſt, qvod invicti & immutati, *ô Heroes*! non ſuſtinetis? O decus veræ nobilitatis admirabile! ô eximium Generoſitatis *Veſtra* Ornamentum! ô ſpecimen ſapientiæ omnibus mundi honoribus dotandum! ô felix *Jovis Aquila*, cujus alarum umbra, non umbra mortis, ſed vitæ eſt index! non umbra intoxican-

tis Taxi; ſed umbra â fulmine praeſervantis & triumphantis Lauri. Itaq; cum *Lac felicitatis* â *vobis* ſuxerim, hujus felicitatis non immemor nec ingratus (niſi propriâ condemnari vellem ſententiâ) patiamini *Reverendiſſimi, Excellentisſimi ac Illuſtriſſimi Proceres,* ſi ad gratiarum *Veſtrarum* penetralia maximis ſapientiae ac ſtudiorum Mecoenatibus; *Patribus Patriae* facturus debitam reverentiam acceſſerim, *lac ſanitatis vobis* propinando; non *Lac* venenoſum Eſulae, ſed naturalis mammae vivificantem liquorem *Vobis* offerendo, inclinatoq; poplite exiguam hanc lucubratiunculam *Lactanti veſtro Patrocinio* humillimum debitae obligationis pẽſum decreverim; nec etiamnum plura poſſum, ruricolae illi

illi haud diſſimilis, qui Artaxerxi Regi pretioſa donaria deferri videns utraq; cavâ manu hauſtum ê proximo flumine undam gratulante vultu offerens acclamavit vive! ſic & ego ê proximo Auſtriaco medicinali flumine hauſtum *Lac* utrâq; tùm gratitudinis tùm obligationis manu venerabundus *vobis Patribus Patriæ meritisſimis* offero, ſecundiſſimum vitæ ſtatum apprecando & acclamando vivite & valete! ita vovet

Reverend. & Ampliſſ. & Illuſtr. Gen. & Nobiliſſ. inferioris Auſtr. Proc,

Humillimus veſter Servus
Dr. GREISEL, Auſtriæ Vienn.

Frater Fratri Authori.

SI quidquam Juris mortalibus in Libitinam
Arbiter Æthereus plus daret ecce *Tibi*;
Hoc Deus ipſe daret: nam ſcandis in arte ſupremum,
Et quod erat primum, *Frater*, in arte, rapis,
Lactea dum ſævo profers medicamina morbo,
Qveis det lógævos vita beata dies!
Deſine, Mome, Precor, Medicinas dicere amaras:
Nam poſthac dulces nectaris inſtar erunt.
SIC In ſæDVS aMorIs tIbI gratVLatVr
JOH. CONRAD. GREISEL,
Rhetorices Auditor.

Ad Authorem de cura Lactis
Anagrammata.
Joannes Georgius Greiſel, Doctor.
Ros Dei inſurgo: egenos Lacte rigo.
Greiſel.
Regiles: Legeris.

INvictam angorum Dominam, quam primus Ophyon.
Protexit, ne Apollo ſciens medicamine qvivit
Hanc proſternere Aten, alter de ludis Apollo,
Candide Greiſel, ovans artûs cruciatibus omnis,
Qui arte creas regiles condendo lacto foveri.
Sed quid in inſontis vomis ater ſcommata famam
Zoile? quid maceras ſine corporis artubus artus
Candoris? livore tuis tùm corde liquatis;
En φθονερὸς palles, medioq; in frigore ſudas
Incaſſum, haurito μυςήριον: Omnipotentis
Ros inſurge Dei tener, aſt fœcundus, egenos
Lecterigo. Exclama liber, ô nova gloria Sacli
Greiſel ſic legeris decus Auſtriæ, honorque Vienne!

Sancier invidiis, vireſcet vulnere virtꝰ.

GratVLabVnDV sapponIt aMICItIæ gratIâ

FERD. FRIDERICUS POCK, Auſtriac. Viennenſis, AA. LL. & Phil. Mag. Salub. Med. Baccalaureus.

In Nobilis ac Excell. Dom. Auth. Tractat. Medicum de cura Lactis in Arthrit.

Candide Lector heûs! cui lacteus iſte libellus
Perlegitur, cum ſit *Candidus*, anne placet?
Nec talem ablega, ſis qualiscunq; libellum,
Dum de *Lacte* bibis, nulla venena time.
Oppoſita oppoſitis vulgo curare docemur,
Tolli dura docet mollib. ergò bene.
Dicant, qui Medicos ſemper dixere novercas,
Qui lac dat, dici Mater an ille qveat?

In

In eundem de diæta lactea Arthrit.

Fallor? an hocce novo ſeſe via lactea prelo
Æmula ſtellantis pandit amica poli?
Adverto: nova non, ars trita, Arthritida mulcet
Tergeminam variâ prædita lactis ope.
Non qverere hinc greſſus, Arthritica turba, dolentes,
Hem via, quæ gradui molle creabit iter.
Hæc igitur mœſtis, Arthritis quas ciet, umbris
Illicò ſpem firmã lactea vita dabit.

Extemporali calamo
Ita tIbI LVDIt aMor AVſtrIaCVs
JOH. CHRIST. NABROTH,
Phil. & Med. Doctor.

Ad librum lacteum lactea pharmaca ægris propinantem.

LActea dum profers ægro medicamina mundo,
Et potus ſolitos lactis adeſſe cupis;

Omnes lætantur chiragroſi, tum Podagroſi,
Ac gratis votis jubila læta canunt;
Unus contorto ſubſultat crure levato,
Alter nodoſas tollit ad Aſtra manus;
Cunctis Feſta dies, recreat jam ſpes bona cunctos,
Cum videant morbis pharmaca tuta ſuis.
Currite vos ægri! pretioſum hunc ſumite fontem,
Lacteus hic potus, lacteus eſtq; cibus.
Hæc meritò vobis ægris medicina paratur,
Proficiat vobis, ſit quoq; veſtra ſalus.
Dulcia nam ſanus defendit pocula Bacchi,
Lac veſtrum, vinum dicit at eſſe ſuum.

JAC. JOSEPH. NAUVITZ,
Regiomont. Boruſſus.

Excellent. D. Authori Collegæ & Conterraneo colendo.

PRimum quod corpus nutrit, *Lac* eſt alimentum,

In

In gremio matris quod capit ore
puer, (*a*)
Ex hoc vivificum generant in corpore
nectar,
Viſcera: quondam *Hepar* (*b*)ſed ti-
bi *Cor* (*c*) hodie.
Hic liquor in varias novit ſe vertere
larvas,
Haud ſecus ac alter verſicolor Pro-
teus.
Nam modò tartareis infixis mem-
bra ſagittis
Torquet, & immotos non ſinit ire
pedes:
Nunc celeres ſiſtit digitorum ſæpe
phalanges,
Dum ligat articulos gypſea gleba
manûs.
Nullns jam *Chiragram* timeat mœ-
ſtamqve *Podagram*,
Nam præſens cura eſt *Lacte* diæta
mali.
Cum tibi Balſamicam revocet *Lac*
ſangvinis auram,
Sopiat indomitos tartareasqve
atomos;

Pur-

Purpuream renovet rutilantis ſangui-
nis undam,
Figatur dulci nectare ſalſus acor.
Exeat immenſum *Greiſell* fama per
orbem,
Hæc erit ad laudem *lactea* certa *via*.

(a) *Hipp. lib de natur. pueri.* (b) *Gal. de Uſu part. c. 12. 6. de loc. aff. c. 1.* Item. *6. de Plat. & Hipp. decret.* (c) *Hipp. l 4. de morb. Ariſt. de part. anim. c 3. Pecquetus. Joan van Horne &c.*

Pauca hæc appoſuit
GEORG. SEBASTIAN. JUNG,
Phil. & Med Doct.

Ad Podagricos.

Huc tumidi, claudi, nodoſi, huc ite
ſuperbi,
Nam negat impatiens ire Podagra
pedes.
Huc calcis Monopola veni, qui vendis
arenas,
Ocyus huc propera, ſordide, curve,
piger.
Huc lecti cuſtos, huc fœtida ſerpe cloaca,

Huc

Huc qui cum Monachis cantica nocte canis.
Tardigradas abrumpe moras, qui furis ad inſtar
Curvatos digitos, membraq́ gibba geris.
Huc pia turba tuos ſemper quæ ad ſidera vultus
Erigis, atq́ ſoles vix meminiſſe Dei.
Impatiens, jurans, feriens quoque fulmine cuncta,
Curre huc, ſi ire nequis, menſa paratur, ades?
Ad mammas, ad lac puerili more recurre,
Qui pueri dudum languida membra geris.
Gaudebis poſthac tantorum fine malorum,
Nam gemitus tollet lactea cura tuos
Sed lege, quæ doctè hoc tibi ſunt monſtrata libello,
Et bibulus cum ſis, lac rebibendo bibe.

MATTHÆUS LUD. URSINUS,
Medic. Doctor.

Cen-

Cenſura DD. Doctorum.

DEſideratiſſimum multis *Tract. Med. de cura Lactis in Arthritide* in ſolatium eâdem afflictorum, cum â capite ad calcem percurrerit, ipſumq; utiliſſima comprehendentem deprehenderit, tanqvam genuinum fœtum lacte propriæ Minervæ Excell. Authoris ac Amici enutritum approbavit ſeqvens hendecaſyllabon acclamando ;

Illudens Medicis Podagra cunctis,
Jactans ſe indomitam modo Reginā,
Succumbit miſerè nutrita lacte,
Perbellè docet ut libellus iſte :
Monſtrans non ſpuriam tibi papillam
Porrectam Patriæ decus Viennæ,
Greiſeli ! Patre namq; Apolline ortus,
Non Hercle jubare impari refulges.
Aſt Lactisq; viam premens olympi,
Morbos lacte levas : medendo duret
Nomen ſicce tuum perenne ſæclis !

Tanqvam veteri Amico ac Collegæ conterraneo.

Ex Muſæo 6. non.
Octobr. 1669. ὁλοψύχως
Laur. Wolfſtrigl. *Phil. & Med. Doct.* & in Patr. Archilyc. *Anat. Prof. Extraord.*

Tra-

T*Ractatum de cura lactis in Arthrit.* adhibenda, lubenti ac diligenti animo perlegi, reperiq; in eo, quod non tãtum: ingenioſè, ſed etiam juxta fundamenta Medica firmiſſima, indicationes nempe ex fœcundo intellectûs Thalamo exactiſſimè erutas, compoſitus ſit. Unde, quia non tantùm ſalutaria & conſolatione plena Arthriticis præſcribit lactea remedia; verum etiã Eloqventiæ fulmine ad temperantiã adigit mortales, digniſſimum judicavi, ut typis in lucẽ prodiret. *Helmont.* moroſus ille Galenicorum hoſtis, *in Tract. de infant. nutritione ad vitam longam: odi ergo,* inqvit, *Infantis nutritionem per lac intentatam.* Imiſericors hic Author, puerulis, quod gratiſſimũ in mundo eſt, ê medio tollit; Tu vero, tanqvam alter, Fabius, reſtituis illis hanc ſuam Ambroſiam & Junonia dona. Undè meritò te impoſterum Infantulorum protectorem & Helmontimaſtigem compellabo. Interim vale & ut tibi annexum votum feliciter eveniat, animitùs exopto.

Te

Te ponent altis puerorum pectora
cœlis,
Te plaudent ægri, *te* reſonabit inops.
Lactea *Tu* portas morboſis munera
membris,
Ut portet *Tibi* lac aurea dona, *precor!*

FRIDER. FERD ILLMER
â Wartenberg, Phil. & Med.
Doct. ac Inſtitut. Medicar.
Profeſ. Publ. & Ordinarius.

Hunc *de cura Lactis* utiliſſimum
tractatum â Commiſſariis reviſum & approbatum Typis evulgandi
Licentiam impertitur.

1. Novembr.
1669.

PAULUS de SORBAIT,
Phil. & Med. Doct. p. t.
Univerſitatis Viennenſis Rector.

Au-

Authores impreſſi & manuſcripti tàm vitâ defuncti, quam eandem degentes pro hoc Tractatu Medico militantes.

Theologi.
S. Ambroſius.
D. Aponius.
S. Auguſtinus.
S. Bernardus.
Caſſiodorus.
S. Chryſoſtomus.
Concil. Bracarenſ.
D. Dionyſ. Carth.
Divinus Pſaltes.
S. Hieronymus.
Hugo de S. Victor.
Lactantius.
Leo Pontifex.
Origines.
S. Paulus.
S. Petrus.
Philip. Presbyt.
Remigius.
Sacra Scriptura.
Santes Pagninus.
S. Thom. Aquinas.
Thom. de Kempis.
Venerab. Beda.

Medici.
Abrah. Judæus.
Aetius.
Album. Avanzoar. M.S.
Alexand. Bened.
Almanſor.
Alzaharavius.
Amatius Fœſius.
Amb. Paræus.
Andreas Belluenſ.
Anton. Fumanel.
Archigenes.
Averroës.
Avicennas.
Barthol. Anglicus.
Cælius Aurelian.
Capivacceus.

Car-

Cardanus.
Caſpar Bravo.
Claudinus.
Conciliator.
Cornel. Celſus.
Damaſcenus.
Dioſcorides.
Donatus ab alto mari.
D.Fab. Simonetta. M.S.
D.Ferdin.Frid.Illmer.M.S.
Fernelius.
Foreſtus.
D.Franchim. M. S.
Franciſ. Alexander
Franciſ. Alex. Vercellenſis.
Franc. Joël.
Galenus.
Gariopontus.
Gazius.
Georg. Agricola.
Valla.
Gordonius.

D.Greg.Franc.Beceli M.S.
Guainerius.
D.Guiliel.Mannagetta M.S.
Haly Abbas.
Hercules Saxon.
Hieron. Bock.
Gabucinus.
Hippocrates.
Hollerius.
Jacob. de Partibus
D. Jacobus Pobreſensky M.S.
Joſeph. Quercet.
Iſaac.
Iſaac M.S.
D. Lauren. Wolffſtrigl.M.S.
Levinus Lemnius.
Ludov. Mercatus.
Marſil.Ficinus.
Matthias Silvat.
Matthiolus.
Maſſarias.
Meſue.

Mon-

Montagnana.
Rabi Moyſes.
Nicol.Florentinus.
Oribaſius.
Paulus Ægineta.
D.Paul.de Sorbait. M S.
Paſchaſius.
Pecquetus.
Philumenus.
Piſo.
Platerus.
Quintus Serenus.
Rhaſes.
Ruffus.
Savonarola.
Schröderus.
Sennertus.
Serapio.
Serapio M.S.
Simon Januenſis.
Solenanderus.
Trallianus.
Trincavellius.
Valleſius.
Veslingius.

Vitalis de Furno.
Weinrichus.
Wirſingius.

Philoſophi.

Albertus de Eyb.
Albertus Magnus.
Ariſtoteles.
Boëtius.
Capuan. de Manfredonia.
Cato.
Cichus Æſcul.
Colleg. Conimb.
Conſtantinus.
Cornelius Agrip.
Damaſcenus.
Eraſoſthenes.
Georgius Merula.
Grynæus.
Guiliel. Abb. Hirſaugienſis.
Jacob. Faber Stapulenſis.
Iginius.
Joan. Coclæus.
Johannitius.

Juve-

Juvenalis.
Lalemandet.
Macrobius.
Margar.Phil.nova.
Meſſahalah.
Milichius.
Orontius Fineus.
Paulus Venetus.
Petrus de Alliaco.
Phavorinus.
Philo.
Plato.
Plotinus.
Porphyrius.
Pythagoras.
Seneca.
Triſmegiſtus.
Zareta Chaldæus.
Zieglerus.

Hiſtorici.

Aulus Gellius.
Boëmus.
Camertes.
Herodianus.
Herodot Halicar.
Julius Solinus.
Juſtinus.
Platina.
Plinius.
Plutarchus.
Scribonius.
Titus Livius.
Valerius Maxim.

Varii.

Anacreon.
Andreas Placus.
Bapt.Pius in Plaut.
Bonif.Simonetta.
Calepinus.
Caſſiodorus.
Cicero.
Crato.
Galeot.Marcius.
Georg. Alexand. Valla.
Homerus.
Marius Nizolius.
Nicolaus Perot.
Nonius Marcel.
Ovidius.
Plautus.
Varro.
Virgilius.

PRÆ-

PRÆFATIO

ad Lectorem.

QUanquam in omni humanæ vitæ ſtatu dulcia ſint permixta amaris, acerba ſvavibus, læta triſtibus, nubila ſerenis; nec deſint humanæ vitæ inſtituto innumerabiles calamitates animi mœrores, conſternationes, terrores, luctus, jacturæ, indomiti impetus bellorum, tumultuum, ſeditionum, tum civilium, tum

bellicarum, ac militarium, aliiqve intemperatiſſimi animorum motus, fortunæ mala, corporis incommoda; ita ut nihil ſit in qvovis vitæ genere *omni ex parte beatum*: Qvanqvam præterea crebra civium exilia, fugas, annonæ caritatem, frugum ſterilitatem, fructuumq; inopiam, rerum familiarium tum ruſticarum, tum urbanarum direptiones, famem, animalium armamentalium, gregalium, & ſtabularium exitia; damnificantium verò, & nocentium multitudinem, rixas, contentiones, prælia, ducum, & imperantium iras, rapinas, opprobria, contumelias, cædes, furta, captivitates, prædarum abactiones, adortus hoſtiles, inſidias, mortes ex gladio, cru-

cruciatus, liberorum capitum venundationes,ſacrorum profanationes, violationes, inceſtus, legum proſtrationes, civilium morum abuſus ſatis experiamur: qvanqvam graſſatores, piratas, prædones, proditores, regnorum alterationes, Ducum Principumq; captivitates, exilia, & diminutas Regum glorias, laceratas ditiſſimarum regionum opulentias, urbes flammis abſumptas videamus, Aquilas muribus, Elephantes formicis, Leones catulis aggregatos, triremes liburnis, turres cavernis, purpuras pannis, ſceptra ligonibus æquata conſpiciamus; in oppidis ſolitudinem, in agris vaſtitatem, in ſylvis latrocinia animadvertamus; in aëre terri-

rificos, & nocuos turbines, repentinas mutationes, peſtiferos & tabificos ventos, fulminum jaculationes, trajectiones diſcurſus, in mari ſubmerſiones, & naufragia indies ſentiamus: non tamen eſt ulla culpa vel in Aſtra, vel in elementa vel in alimenta, vel in qvicqvam aliud ſublunare, aut ſuperlunare transferenda, niſi in ſemetipſum; hæc eſt proxima, unica, & ſola cauſa primumq; movens omnium malorum & calamitatum. Nam ut ſcribit *Thom. de Kemp. de Imit Chriſt. lib.3. cap.41. ſi rectè me inſpicio, nunqvam mihi facta eſt injuria ab aliqva creatura: Nemo enim læditur niſi à ſeipſo, qvod B. Joan. Chryſoſt. proprio Tract. M.S.* ſancte probat. Perſpiciamus pinna-

cidiis

cidiis conſcientiæ interiorem noſtrum hominem, & reverâ nullam aliam cauſam inveniemus omnium noſtrorum malorum, omnium infortuniorum, omniumq; calamitatum, quam nosmet ipſos Qvod manifeſtiſſimè confirmatur exemplo, non tantum præſentis, ſed & omnium morborum hoſtium infenſiſſimorum unicæ noſtræ ſanitatis. Ita enim vivimus, ita bibimus, ita luxu & deliciis cunctis diffluimus, ut etiam invitis ſæpiusq; reluctantibus morbis eos in noſtrum contubernium pertrahamus, ac feſtinare compellamus: rarò enim, imo vero nunqvam ſponte, ſed ſemper coacti ad nos accedere ſolent morbi. Non oblectatur Po-

dagra duris illis & agreſtibus hominibus, qui raro quieſcunt; ſed aſſiduè corpus labore exercent, nunquam aut raro genio indulgent, famem tolerant, ac ſimplici ſatiantur cibo, ſitim aqvæ potu ſedant, male veſtiuntur, pejus cubant; & qui ita ſunt animati, ut voluptatibus cunctis renuntiarint, talibus, inqvam, tantum abeſt, ut noceat, qvantum ab iis deſiderat, quàm libentiſſime declinare. At præclari illi perbacchatores, dum diu noctuq; pergræcantur, otio marcent, labores ut peſtem execrantur, voluptatibus cunctis, maximè Venereis, enervantur, cibos terra mariqve conqvirunt pretioſos, gulam aſſiduè condimentis omnifariis, bellariis, cupediis

diis irritant, bibendi modum non neceſſitate, ſed libidine metiuntur, ac ſitim minimè vino extinguunt provinciali; ſed & exotico excitant, ſuper plumis volvuntur molliſſimis, ac non ſuperbè tantum, verum monſtrosè qvoqve veſtiuntur, & omnibus deliciis, quas humana adinvenit neqvitia, abutuntur, ita ut animum pariter, ac corpus enervent, omnem culpam, aut in aërem, aut in parentes, aut in diſpoſitionem cœli, aut in intemperiem anni, aut in terram natalem, aut in naturam ſuorum morborum conferre ſolent; penitùs immemores, totam illam corruptiſſimam, ac peſſimis vitiis contaminatam vitam tot malorum cauſam eſſe; cumqve

tales totâ errent vitâ, alia tamen extra advenientia, nunquam accuſare, aut traducere deſinunt; nihilo juſtiùs, quam ſi quis violenter ſe ipſum in ignem, aut mare præcipitaret; & deinde flammas, ſeu undas incuſaret, tanqvam periculi ſui cauſa præcipua eſſent; & non potius ipſemet ſe perditum iret. Sed ita naturâ humanâ comparatum videmus, ut unusqvisq; culpam propriam lubens in alium rejiciat, ut, dum illum incuſat, ipſe innocens eſſe videatur; etiamſi ſolus totius mali cauſa exiſtat: at corpora noſtra, facies, cutis, os, color, aſpectus, inceſſus nos produnt, quæ omnia extremæ luxuriæ certiſſima ſunt ſigna. Nos, nos ſumus, qui

nos

nos delitiis ineſcamus; nos ſumus, qui morbos etiam invitos detinemus; nos ipſimet ſumus, qui omnia pervertimus; & tamen deinde totam culpam in externa convertimus. Adſunt morbi, abeſſe eos volumus; abſunt, & vitiis noſtris eos revocamus; in ſanitate morbum, & in morbo ſanitatem qværimus; alienam ſalutem propinamus, & propriam negligimus, ac illam deinde ab aliis repetimus; nobismet ipſis malefacimus, & beneficentiam exigere ab aliis juſtum putamus; turpiter vivimus, & inde elementis aut alimentis neqviter maledicimus. Non cogitamus nos comedere & bibere oportere, ut vivamus; ſed ut comeda-

mus & bibamus, ideo nos vivere, nobis malè perſvademus. Si effervеſcentem noſtram aliqvando frænaremus luxuriam, & non tam procaciter omnibus abuteremur voluptatibus, forſitan & quoqve morbos aliqvando mitiores experiremur; ſin minus, tum ſaltem juſtam indignandi haberemus occaſionem. *Qvapropter accinge te, ſicut vir contra diabolicas neqvitias; frena gulam, & omnem carnis inclinationem faciliùs frenabis: lib. 1. cap 19.* Sed difficile eſt eum eſſe abſtemium, qui nil niſi luxuriari novit. *Grave enim eſt aſſueta dimittere; ſed gravius eſt contra propriam voluntatem ire, cap. 11. majorq́; labor eſt reſiſtere vitiis, qvàm corporalibus inſudare laboribus. cap. 25.* Tam

diffi

difficile eſt, hominem frugi eſſe, qui totâ vitâ nihil niſi nepotari conſvevit; qvàm generoſum eſt, ſe â vitio ad virtutem, â luxuria ad temperantiam accingere; præcipue ubi judicium deeſt, ſicut eo præſente omnia facillimè ſuperantur. *Antiqva conſvetudo difficulter relinqvitur, & ultra proprium videre nemo libenter ducitur, cap.14.* Vehementer errant, qvi in tantis voluptatibus ſanitatem qværunt, quemadmodum ii ſapientiſſimè agunt, qvi cupiditates ſuas coërcent virtute, quæ *omnia vincit:* ei enim obicem opponere, aut intentare moras, aut objicere remoram nec audeant rapaciſſima vitiorum flumina: ſupervolanti enim non oberit fluviorum rapaci-

 tas;

tas; nec audeat malignus inſidiarum aër: gravari enim non poteſt, quæ levior aëre eſt; nec audeant ſuperba montium præcipitia, non enim patitur vertiginem, qvæ conſtanter temptis flagitiorum vallibus in ardua, in ſupera, in cœleſtia ſemper tramitem gerit; nec audeant Oceani pericula, cujus immenſitatem ab arida in aridam exſcendit; nec audeat univerſi orbis vaſtitas, non enim implebit animum virtutis univerſus orbis, cui etiam Cœli anguſtiores ſunt; nec audeant Inferi, qvæ enim toties Inferos cum Hercule rupit, blandimenta dicet eſſe, qvæ aliis viderentur eſſe terriculamenta. Virtuti nullum datur obſtaculum: ſola virtute malum

lum illud tuum articulare ita, depelles, ſicut id vitio acqviſiviſti: *conſvetudo conſvetudine vincitur*; ſi heroico animo, virtute comite, judicii ſubſidiis conſtanter immani illi monſtro Luxuriæ reſtiteris. O Luxuria! quo nomine te appellem turpiſſimum humanæ vitæ dedecus? integerrimorum virorum immaniſſima corruptela? Qvo dicam te barathro prognatam? quibus ortam Furiis? qvo ferino Tygridum lacte paſtam? quibus ſylvis educatam? quibus ſaxis enutritam te depingam, ô monſtrum Diris omnibus dirius! Tyrannide omni magis tyrannicum! ſcelere omni ſceleratius! quis integerrimæ æſtimationis viros in contem-

ptum

ptum pertrahit? in nominis ac famæ interitum dejicit? in ſcrobem infamiæ & opprobrii demergit? Tu integerrimis maculas aſpergis; Tu famoſiſſimis infamiam afflas; Tu optimis flagitia, & peſſima omnia adjungis. Pudet me cum immani hoc monſtro verbis congredi, oppugnare hoc venenum ſermone, hanc peſtem oratione ſollicitare: pereat dies, qua ſceleri huic locum dedimus; non ſcribatur in faſtis momentum, qvo ex Orco hæc labes proſiliit; non computetur inter Aſtra ferale illud ſidus, quod hoc malum primò aſpexit. Utinam te, ſi quid infra barathrum eſt, æternis catenis tenuiſſet conſtrictam, ne in orbem egredereris

ali-

aliqvando! Qvo recedetis â mente, ô homines! ô vera Archetypi effigies! quo diſcedetis â conſilio? â virtute? Peribitis, qui huic funeſto malo aures dabitis, manus porrigetis, fidem promittetis; peribitis, qvi in domum Luxuriam inducetis, in mentem invehetis, in animum ſuſcipietis: noſtis Hyænæ crudelitatem? ſiniſtra manu vim habet ſopiendi, & ſolo tactu ſomnum conciliandi, qvo fraudulenter uſa deniq; oppreſſum ſuffocat, & in latibula ſua pertractum victimam offert ſuæ crudelitati; eadem ſub Lunæ fulgore ſuam umbram canibus tanqvam nocturnis ædium cuſtodibus objicit, qvos primùm mutos beneficio ſopiendi perſtringit,

ac demùm homines mactat. O præclaram Luxuriæ umbram! ſerpit hæc occultis primùm artibus, deinceps incautos etiam cum ipſis cuſtodibus ſtertentes occidit & interimit. Comparate orbis univerſi exitia & damna hominum generi infeſtiſſima in unam ſolam Luxuriam confluxiſſe; etenim quid illâ audacius, quæ parcit nemini? quid magis injuſtum, quæ nullius honori, nullius vitæ pepercit unqvam? quid magis arrogans, quæ ſola vult dominari? qvid crudelius, cujus furiis nihil intactum præteritur? qvid magis avarum, quæ inſatiabilis totum animum conſumit ut ignis, famam omnem denigrat ut carbo, vitam ipſam perdit ut latro?

tro? Qvid magis impium, quæ in DEOS etiam ac Cœlites debacchatur? nec DEO parcit; cum Gigantibus imò, ſi poſſet, de ſede ac Majeſtate ipſum Numen quandoqve dimovere attentaret. Per ſalutem & incolumitatem, ſi qvam deſideratis, veſtram; per vitam, ſi quam amatis, proſperam; per nomen ac commendationem, ſi qvam diligitis, integram, Luxuriam primùm cavete, illud exitium bonitatis, incendium ſceleris, Averni clavem, Cœli odium: veſtrum interitum ac peſtem in hanc animis viribusqve conſpirate, hanc proſcribite, abſit â corde, abſit ab ore, abſit ab animis, ejecta exulet, damnata pereat, attrita proteratur conteraturqve. Cui

enim

enim bono nos natos fuiſſe, credimus? cui bono radios mentis, ingenii auxilia, ſubſidia memoriæ conſecuti fuimus? an ut tanqvam bruta animantia in Circæa hara volutemur? an ut terram dormiendo otiandoqve in noctes talparum premamus? an ut lutulento Luxuriæ & voluptatum cœno nos conſpurcemus? *Oportet te ſæpè agere, qvod non vis; & qvod vis, oportet relinqvere, lib. 3. cap. 49.* ſecùs, & qui aliter perſeverare intendunt, culpam omnium malorum & ſuorum dolorum in ſemetipſos conjiciant, & *ex eadem re, unde ſibi delectationem concipiunt, inde doloris pœnam qvoq; recipiant; & qvia inordinatè delectationes*

qværunt, & ſeqvuntur, non ſine confuſione & amaritudine eas expleant cap. 12. qvodqve pati nolunt, omnimodè evitent, cap. 45. Quod verò evitare nolunt, patienter ferant; & uti vivere conſveverunt, ita valeant.

ARTI-

ARTICULUS I.

De Lactis Analogia.

LActis naturam indagare, eſt primũ naturæ nutrimentum definire. Univerſa Natura lacte, aut humore ſaltẽ lacti analogo nutritur: adeò familiare eſt ei nutrimentum, quod ſi tollas, & ipſa ruet; ablatâ ſcilicet causâ conſervante. Primâ noſtra ætas lactea eſt, & innocens: *ut teſtatur S. Hieronymus lib. 15. comm. in Eſaiam cap. 55. ex S. Paulo 1. ad Corinth. 3 & S. Petr. 1. Epiſt. 2. Santes Pagninus lib. 9. Iſa-*

gog. cap. 2. Divus Dionyſius Cartb
ſianus in Iſaiam Propb. Artic. 83.
declaratione cap. 55. *Pbilippus Pr*
sbyter comm. in Iob. lib. 2. cap. 29. R
migius in Pſalmum 8. & alii. Ne
mirum, quia, cum ex lacte
partibus conſtamus, ex lacte
quoq; partibus nos nutriri ne
ceſſe eſt, ex 2. *de anima.* La
ctea verò ſunt noſtræ generat
onis principia, quæ, quantum
à perfectione lactis recedun
tantum ad corruptionem cor
poris accedunt: quis enim ſe
men, ſanguinem & lac iden
materialiter eſſe unquam ne
gavit? Quis candicantem illum
ſuccum ſeminum, durante ſu
naturæ vero regimine putre
factione, non inſtar lactis ſe ha
bere proferet? Omitto tener
rimas illas reſplendentes mi

nera

erarum venulas, quis eas non
acteas appellabit? quæ, quia
ullius alterius mineræ com-
nixtionem expertæ ſunt, vir-
ineæ nominari merentur:
mò & matrix earum lactea eſt,
c Mercurius vera matrix me-
allorum in calcinatione, caſe-
ſitatem; in ſublimatione, bu-
yroſitatem; in deſtillatione,
eroſitatem æmulatur, &, cum
uxta Alchymiſtas, metalla
Mercurio nutriantur, ut *Agrico-
la de Subterraneis. Franciſcus Joel.
oper. med. tom 5. l. 2. ſect 3.* patet &
la ſuo lacte nutriri: ſicut vi-
iſſim in metallorum reſoluti-
ne Mercurius iis parentare
on erubeſcit. Elementa in-
uper lacte, aut ſaltem humore
cti analogo nutriri exinde de-
uci poteſt. Non intelligo au-

tem ſimplicia illa, & ſolo conce-
ptu comprehenſibilia elemen-
ta; ſed noſtra hæc, & quatenus
*macrocoſmico ſemine impregnata
ſunt*: uti loquitur *Schröd. l. 3. Pha-
medico-chymicæ c. 2.* audiri vol-
nam propter animantium us
& res naſcentes elementa pu-
ra eſſe non poſſe docet *Milich.
in Plinium l. 2. c. 5.* adeòq; pars ter-
ræ compacta, caſeo; terra bi-
tuminoſa, aut carbo terræ, ga-
gates, petrolæum, butyroſ
ſubſtantiæ; ſuccus propriu
nutritius ſeroſitati compara-
tur. Terram autem ſuccoſam
eſſe neceſſitas exigit, ſine qu
ſuccoſitate nec vegetabilia cre-
ſcerent, & tota ejus compage
difflueret: ut in cineribus vide-
tur: aut ſi mavis, deſtillatio ter-
ræ Sileſiacæ flavæ id perbel-

l oculum demonſtrat :ubi ar-
illaceum illud, caſeus; phle-
ma, ſerum; ſpiritus, butyrum
enotatur. Huic videtur con-
ntire *Hipp l. de natura humana.*
e aqua id quoq;declaratur,cu-
ıs inferior & denſior pars, ca-
i; media ut maxima, ſeri;
ımma. ſeu ſpuma, butyri na-
uræ aſſimilari poteſt: aut ſi a-
uam deſtillaveris, primum,
uod tranſit, ſerum; ultimum,
utyrum; remanentiam, ca-
eum appellare licebit. Quam
nanifeſtè aër lac ſuum prodat,
atet in rore,& manna,quæ ve-
um lac aëris eſſe,quis mihi ne-
abit? Sic exhibet ros ſuum ſal
aſeoſum; ſuum liquorem vo-
atiliorem butyroſum, & alium
eroſum: ſic exhibet manna ſu-
ım ſpiritum butyroſum, ſuam

aquam ſeroſam, & reliqvu
corpus manet caſeoſum: a
ſi inferiorem hunc noſtru
aërem caliginoſum, caſeum
medium, ſerum; ultimum, &
æthereum, butyrum nomina
re velis; non inficias ibo. D
igne id quoq; oſtenditur, cuju
maxima pars butyroſa, & null
ſcintilla eſt, quæ ſuum buty
rum non declaret; & ſi igne
apud nos manere deſideremu
butyrum illi derogare non au
demus: tanta eſt ejus exigentia
ut nec momento ſine eo ma
nere poſſit. Res exemplo ar
dentis ignis facilè illuſtratu
quippè tria hæc exhibet, prim
ſubſtantiam ſpirituoſam flagrabi
lem, quæ ſerum: Secundò, *ſub*
ſtantiam corpoream aliquatenus eſ
fumabilem, illius ſcilicet ſpiritu

flagra

grabilis ſubjectum, quod ca-
um; tandem *igneam illam flam-*
am, coruſcantem, & rutilantem
ripheriam, quæ pro copia ſul-
urearum partium, pingui-
n, & facilè inflammabilium,
t craſſa, aut tenuis eſt; buty-
m interpretari non ineptum
it. Quod & candela ardens
l oculum demonſtrat, cujus
ferior pars cærulea, aliquo-
odo denſa, & ſine claritate
ebitâ videtur ſimilitudine ca-
i; media verò inſtar fluidi,
andidiſſimi liquoris ſerum
ngit; tandem exterior, ut
btilior, butyrum repræſen-
t. Hoc deſumitur ab *Iſaac de*
articularibus diætis, ubi dicit:
actis ſubſtantiam caſeoſam eſſe
erreſtrem; ſeroſam aquoſam; bu-
yram, aëream; licet hanc *Joſe*

phus Quercetanus de affectibus capitis cap. 11. ſulphuream eſſe aſſerat, quod tamen magis de potentiâ, quàm de actu intelligendum eſt. Et ſane ſi transmutationem elementorum admiſerimus, quæ neganda non eſt ea & explicatu, & captu taliter facillima erit, cum ſcilicet caſeoſitas aëris tranſit in terram, ſeroſitas in aquam, butyroſitas in ignem. Idem de aqua, cujus caſeoſitas in terram, ſeroſitas in aërem, butyroſitas in ignem redigitur. Pariter & terra, cujus ſubtilior, & butyroſa pars in ignem; minus ſubtile, & ſerum in aërem convertitur; argillaceum deniq; illud caſeoſum terræ naturam retinet. Sic & ignis transmutatur in terram, ubi ejus ſubſtantia corpo-

rea

rea effumabilis conſumta eſt, & partes ſalinas ex aduſtione poſt ſe relinquit: uti in cineribus videtur, transmutatur in aquam, ubi ejus ſeroſitas, id eſt, ſpirituoſa illa flagrabilitas redditur in fluorem, & aut naturâ exſudat, ut ſunt reſinæ, gummata, &c. aut arte extrahitur, ut ſunt olea, ſpiritus, &c. in quibus flagrantia illa ſpirituoſa in actu ſecundo non eſt, & tamen flagrabilia, & ſpirituoſa ſunt in actu primo. Tandem ignis ratione ſuæ butyroſitatis in aërem vertitur, ubi â circumambiente unitur, & transmutatur. De hujusmodi transmutationibus lege *Haly Abbatem lib. 1. Theoric. ſermon. 1. c. 5. Corn. Agrippam. l. 1. de occult. Philoſophia. Lalcmandet parte ſecunda Diſſ. 9 part. 3*

n, 11. Schröd. Pharmac. Medico-chymicam. l. 1. Margaritam Philoſophicam novam l. 7. tract. 1. c. 40. & l. 9 c. 4. & 5. Meſſabalah de Scientia motus orbis, Petrum de Alliaco Epiſcopum Cameracenſem de impreſſionibus aëris. Grynæi annotationes in Ariſtotelem de Mundo. Philonem de Mundo, Paulum Venetum in Ariſtotelis l. 2. de Generatione, Jacobum Milichium c 5. & Jacobum Zeglerum ſect. 2. in 2. Plinii. Guilhelmum Hirſaugienſem Abbatem l. 1 Philoſophicarum, & Aſtronomicarum Inſtitutionum ex Johannitio, Boëtio, Platone, Juvenali, Conſtantino, Macrobio, &c. Franciſcum Capuanum de Manfredonia. Jacobum Fabrum Stapulenſem, & Cicchũ Æſculanum in Sphæram Mundi c. 1. Georgium Vallam in Tuſcul. quæſt. Cicer. Orontium Fineum Delphinatem lib. 1.

lib. 1. Coſmographiæ c. 2. Connimb. in Phyſicam Ariſtotelis parte prima lib. 1. c. 9. q. 1. Artic. 1. & parte 2. lib. 4. c. 5. qu. 3. art. 1, 2, & 3. Triſmegiſtum in Æſculapio. Damaſceni Phyſicam. l. 12. Auguſt. 11. de Civitate Dei c. 18. Lactantium l. 2. divinarum Inſtitutionum c. 10. Plotinum l. 3. Enneade 3. c. 2. Zaretam Chaldeum, & Boëthium lib. 4. de Conſolatione Philoſophiæ metro ſexto, cum comm. S. Thomæ in eundem. Nec cælum viâ lacteâ tanquam *nutrice ſtellarum* carere poteſt: nam ut *Eratoſthenes* dicit, inſciam Junonem Mercurio infanti lac dediſſe: ſed poſtquam reſciêrit, eum Majæ filium eſſe, eum â ſe rejeciſſe: ita lactis profuſi ſplendorem inter ſidera apparere. Alii dixerunt; dormienti Junoni Herculem ſuppoſitum cauſam lactei illius

circuli eſſe. Alii autem Herculem propter nimiam aviditatem multitudinem lactis appetiiſſe, neq; in ore continere potuiſſe, quod ex ore ejus profuſum circulum illum ſignaſſe fingunt. Alii dicunt, quo tempore Ops Saturno lapidem pro partu attulerit, juſſiſ. ei lac præbere; quæ cum preſſiſſet mammam, profuſo lacte circulum formatum. Sic *Hyginius lib. 2. Poëtici Aſtronomici § ultimo.* Nam circulum illum *Jacobus Faber Stapulenſis & Joannes Cochlæus in Meteorologiam Ariſtotelis Cap. 8.* Lac nuncupant, ad mentem antiquorum Græcorum, ſecundùm quos circulus ille galaxias dicitur, deſumtâ denominatione à Γάλα, quod Latinis lac interpretatur, & ſi Pythagoræ

goræ conſentire velim, viam lacteam non tantum ſtellarum verum etiam animarum nutricem mihi appellare licebit, qui teſte *Macr. l. 1. de Somnio Scipionis putat, à lacteo circulo deorſum Ditis imperium incipere: quia animæ inde lapſæ videntur jam à Superis receſſiſſe: ideò primam naſcentibus ait lactis alimoniam offerri: quia primus ejus motus à lacteo incipit in corpora terrena labentibus. Unde & Scipioni de animis Beatorum oſtenſo lacteo dictum eſt: hinc profecti, huc revertuntur.* Quin imò Salvator noſter DEUS Homo proprio exemplo nos docuit, absq; lacte benè vivere non poſſe: *comedit enim butyrum, ut ſciret reprobare malum; nos verò pro neceſſitate noſtri defectus butyrum non tantum ad delectationem; ſed etiam ad refectio-*

fectionem manducamus. De hoc vide *Hugonem de S. Victore in Sententiis ſuper quibusdam verbis divinis, & rerum naturis §. de cibo Emanuelis.* Tanta neceſſitas lactis eſt Univerſo, & non quidẽ absque quamplurimis cauſis, pro quibus indagandis, ſepoſitis interea aliis philoſophicis, & medicis, de quibus poſtea, date veniam Theologi Sacroſancta adire, ubi inveniemus, DEUM ſuos deſolatos, & afflictos lacte conſolatos fuiſſe: uti patet ex ſacro textu *Exodi cap.* 3. *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem ejus audivi propter duritiem eorum, qui præſunt operibus, & ſciens dolorem ejus, deſcendi, ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam & ſpatioſam; in terram, quæ*

quæ fluit lacte & melle. Idem teſtatur ſacer Codex *Deut.* 32. ubi legitur: *ut butyrum de armento, & lac de ovibus comederent, introduxit DEUS Iſraëlitas in terram promiſſionis.* Si recentiora deſideres lege *S. Hieronymum lib.* 18. *comm. in Eſaiam cap.* 66. *& omnes, qui exſpectabant redemtionem Iſraël, ut ſugant & repleantur uberibus conſolationis: neq; enim poterat fieri, ut quæ genuit maſculum, & erat puerpera, careret Lactis abundantiâ.* Deinde non tantum afflictos DEUS eſt lacte conſolatus; verum etiam debiles, defatigatos, anxios, & enervatos DEUS lacte refocillavit, & reſtauravit. Sic *Gen.* 18. *Lac & butyrum peregrinis apponit Abraham.* Sic quoq; *Judicum* 4. *Siſaræ ex prælio fugienti, & aquam petenti*

Jahel

Jahel dat lac ad bibendum; Si pro eo, quod *Jeruſalem fuerit derelicta, & odio habita, in conſolationem, & refocillationem promitti illi lac gentium ſugere Proph. Iſaia cap.* 60. Hæc lactis neceſſitas non tantum à conſolatione, & refectione; verum etiam à paritate primorum elementorum deſumitur: nam lactis cibus *in gloſſ. ord.* 4. *Judic.* dicitur doctrina, *quæ incipientibus velut parvulis traditur. Non enim ſtatim diſcipulis profunda, & ſecretiora tradenda ſunt Sacramenta; ſed morum correctio, & diſciplinæ emendatio, religioſæ converſationis & ſimplicis fidei prima elementa. Hoc eſt Eccleſiæ lac, hoc incipientium parvulorum prima elementa. Sed iſte cibus his, qui ad bonum tendunt, vitam tribuit, & ſalutem: his verò,*

quibus

quibus contraria placent, quibus luxuria, avaritia, libido, & omnis impietas cordi eſt, necem: ex iisdem ergò cibis aluntur boni, & ſuffocantur mali, & ubi piis vita, impiis mors: ſicut vinum ſanos juvat, & cor hominis ſani duntaxat lætificat, febrientibus verò perniciem parit, ita, qui lacte (intelligo omnia uſualia) vitiosè, aut vitioſo lacte utetur, morbos ſibi magis, quam ſanitatem accumulabit: & è contra; quod & Theologicè, & Medicè cuipiam interpretari licebit. Tiſce conſentit quoq; *Origenes ſuper Jud. Homil. 5. S. Auguſtinus lib. de vera Religione cap 28. Sic S. Hieronymus. S. Chryſoſtomus. S. Ambroſius, Venerabilis Beda, D. Dionyſius Carthuſianus in Iſaiam Proph. artic. 52. expoſitionis litteralis cap. 28. & plures alii.*

La-

Lactis neceſſitatem ulterius demonſtrat *S. Hieronymus lib.* 11. *comm. in Ezechielem Prophetam c.* 34 Ubi per lac omnes cibos; 6. *Comm. in Hieremiam Prophetam c.* 32. *& 3. comm. in Eſaiam Prophetam. cap.* 7. ubertatem omnium rerum intelligit. Hoc quoq; teſtatur *Eccleſ. c.* 39. â quo lac inter res vitæ hominum neceſſarias quoq; ponitur, idq; confirmat *Ezech. Proph. c.* 25. ubi DEUS punivit filios Ammon detractione lactis, dicens: *Idcirco ecce ego tradam te filiis orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas ſuas in te, & ponent in te tentoria ſua: ipſi comedent fruges tuas, & ipſi bibent lac tuum.* Nec minùs *Sponſus* 4. *Cantici* ex dulcedine lactis ſuavitatem amoris ſuæ Sponſæ exprimere coactus fuit

it dicendo: *mel & lac ſub lingua tua.* Tanta lactis eſt neceſſitas, vi cujus in tanta æſtimatione & dignitate habitum fuit olim, ut id in ſacris bonæ Deæ vinum nuncupatum fuerit: teſte *Nicolao Perotto Cornucop. lib. 1. epigr 5. colum. 631. verſ. 24.* Nec ſatis ſit credere profanis: olim id pro vino in divinis etiam ſacrificiis dedicatum fuit. Sic *concilium bracarenſe 3. cap. 1.* circa tempora Vitaliani Papæ: majusne lactis myſterium deſideras? ecce *Divus Aponius l. 1. in cantica* per naturam lactis *triformem redemptionis medullam* interpretatur, *liquorem ſcilicet baptiſmatis candidiſſimum, ſuavemq́; ſuccum corporis Chriſti, & pinguiſſimum butyrum ſacri chryſmatis Oleum.* Tanta neceſſitas lactis eſt univerſo!

Sed

Sed deſcendamus parumper à Superis neceſſitatem lactis ulterius indagando. Si artes liberales humano generi neceſſariæ ſint, & lac ſanè neceſſarium erit, quod ſecundum *Boëthium de Conſol. Philoſ. lib.* 1. *proſ.* 2. artium liberalium nomine inſignitur; id confirmante *S. Thoma Aquinate in ſuo commentario in eundem.* Hanc lactis neceſſitatem agnoſcentes etiam barbari Scythæ ejusq; gratiâ quemcunque capiebant, viſu orbabant, ne ob certam quandam cauſam lactis paterentur defectum: teſte *Herodoto Halicarnaſſæo lib.* 4. *Hiſtoriarum.* Tanta neceſſitas lactis eſt univerſo, ut *Hieronymus Bock in ſuo Herbario parte* 4. *cap.* 5. id pro communi naturæ nutrimento proclamaverit: qua-

quapropter (ſepoſitis intereà aliis argumentis) quodſi tolles, quomodo quæſo nutries? an ſolâ aquâ? ſimile enim debet eſſè nutrimentum illi, quod fuit in utero matris: loquar de homine) ſubitaneaq; alteratio, ſi noxia ſit, & primogenitis corporibus ſummè noxia erit; ſed quomodo ea in ſubſtantiam corporis converti poterit? ad quod requiritur conglutinatio, ratione cujus in corpore moretur, cujus argumento eſt, quod lienterici, & cœliacâ paſſione laborantes, etſi plurimùm ingerant, ob brevem verò alimentorum in ſtomacho, & tenuioribus inteſtìnis contentorum moram nutriri non poſſint. Coque aquam, & recoque, & millies recoque, nullam

gluti-

glutinationem invenies:coque urinam, quæ eſt verum ſerum lacteæ chyli in corde ſanguificati, in hepate ſegregati, & per renes, & veſicam expurgati ſubſtantiæ, & recoque, nunquam inſpiſſabitur. Unde quia *tanquam inutile, redundans, ſupernatans, & ab humoribus ſeparatum. Gal. l. quos, quibus, & quando: inter initia morbi, tenues & ſeroſos illos humores evacuare jubet, & l. 2. de facultatibus naturalibus. c. 9. inquit, verùm ſeri genera omnia, quæ in ſuccis habentur, ſunt excrementa, purumq; ab hiſce poſtulat animalis corpus eſſe:* de lacte verò vi caloris inſpiſſato vel leviſſima muliercula fatebitur; nutries fortaſſis impragnatâ humore aliquo alimentoſo aquâ? ſed ſivè humor ille artificialis

ſit,

ſit, ſive naturalis, modò naturæ familiaris, eo ipſo lacti analogus erit: & ſi tali; cur non lacte ipſo? chylus enim non immeritò lacti aſſimilari poteſt, cujus ſpirituoſior pars, ut butyroſa pro ſpiritibus lato modo ſumptis generandis; craſſior; ut caſeoſa, pro compage corporis augmentanda; tenuior, ut ſeroſa, & pro chyli aliorumq; humorum vehiculo & pro aliquali nutrimento, dum nempe adhuc ſub humorum formâ remanet, licet explicari. De lactis analogia cum ſanguine vide *Bravonem reſolut. med. p. 3. diſp. 4. ſect. 1. reſolt. 1. §. 1. 2. & 3.*

ARTI-

ARTICULUS II.

De Natura Lactis.

MAnet itaq; intaminatus ille naturalis innocens humor, cui, qui vitam debere non fatetur, & in parentes, & in Deos ipſosmet impius eſt: ſicut viciſſim ſummum delictum eſt, quod contra naturam, & per conſequens contra authorem naturæ committitur, ſi fœtus congenito, & connaturali ſuo nutrimento per alieni ſuggeſtionem defraudatur, quod nec bruta faciunt. Tranſeat, eſſe lac ejusdem ſpeciei; eſſe conveniens temperamentum; eſſe eundem terminum lactationis

deeſt

eeſt nihilominus ultimus ille
ecialiſſimæ proprietatis cha-
acter, qui per lac communica-
ur fœtui: ſi enim lac ex ſan-
uine, in ſanguine vita, vita in
nima conſiſtat; quid impedi-
r, quò minus ſpecialiſſimæ il-
e proprietates ex anima per
nguinem in lac, per lac in ali-
um emanent. Quam ſpecio-
s virtutes contrahent filii â
li aliqua nutrice, dicam poti-
s meretrice, exuſta, & mercu-
ali fumo exſiccata hoſpitalis
Marci alumna? Quàm gene-
oſus ſpiritus in tali filio nutri-
â lacte in ſtabulo prope hir-
um, & equos facto generabi-
r? Magnam certè inclinati-
nem habebit ad noctes pſal-
ndo conſumendas: quia la-
e noctambulari paſtus. Im-

primetur profectò alicui tali lio pulcerrimus character, n turalis ſcilicet omnium lingu rum accentus, quia lacte omn lingui educatus eſt. Dices fo taſſis, nationum variarum vi tutes contrahere, ita ſi ſcortu virtus eſſet; at nonnè virtu ſam illam fœminam appellab quæ charitatem in omnes in es exercet, imò charitas omn um virtutum mater ipſamet eſt? Nonne humilem illan dices? quæ ad nutum cuju vis, vel leviſſimi ad terram, a lapides procidit. *Non enim r putes, te aliquid profeciſſe, niſi omnibus inferiorem eſſe ſenti* Nonne agno obedientioren illam æſtimabis, quæ unoqu què ſtabulo contenta eſt? R ſuſcitare Salomo, ſi mulier

fo

ortes deſideres, nonne for-
em illam cenſebis? quæ tot ſa-
atos heroes indefeſſa, aut po-
ùs inſatiata cum Cyrenâ do-
ecamechanâ exanimavit, quæ
antorum inutilium terræ
onderum geſtatione nun-
uam opprimitur, imò eleva-
ur. Verè talis non eſt exil-
s *Virginibus fatuis, quæ dormien-
es, & tardè venientes â Sponſo ex-
luſæ fuerunt*; quin imò totas
noctes vigil ſub dio conſumit,
*omnes plateas percurrens, & quæ-
rens quem diligit anima ſua*; at per-
verſa & inſana. O maledicta
ſeculi larva! Taline ſacrilegi-
orum in virtutes metamor-
phoſi uteris? *Exquiſitiſſimo ve-
neno noxios eſſe ſerpentes illos, qui ex
colorum ſplendore, ac mixtura for-
moſiores ſunt, compertum eſt.* Sed

luſerit in hoc natura, gener nostro certè probrum ingen eſt, illam fraudem apud homines inveniri, quod tamen fier ſæpiſſimè ſcimus, ut oſtenſa a plebis conſpectum religio, au elegans forma tanquam vitiorum cortex aliquis obſcœniſſimos mores, & morbos occultet: quæ ſpes exſpectanda gloriæ in tali puero, qui omni vitia eâ facilitate ſuſcipere poteſt? qui *ſecundùm Ciceron.* *i* *Tuſculan. Quæſt. cum lacte nutrici errorem ſuxiſſe videtur? cloac omnium flagitiorum*: Hinc degeneres filii, & in proprios parentes ingrati cuculi: hin proh dolor! redolens illu dicterium de quibusdam metropolitanis filiis, ita ut vel ſolum nomen nati alicujus tali

ab

phorreat & deterreat. Nam
ò jam dum humana malitia
eduxit, ut, licet ſit impermu-
ata, ac proprio ſudore, & ſan-
uine nobiliſſimorum paren-
um nutrita, & educata indoles;
cet ſit exoptatus, & ad accura-
iſſimam virtuoſiſſimorum pa-
entum normam excultus ge-
ius; licet ſit induſtriâ vigilan-
iſſimorum parentum ad Ly-
lium lapidem expolitum in-
genium; nihilominus inde
atus pro abjecto, & perdito
abeatur, nec quidem nauci
ut flocci æſtimetur: inde ſibi
nalè perſuadens vulgus, quia
à potiori fieri denominatio-
nem famâ volat. Sed ô Supe-
ri immortales! quanta diſcre-
pantia inter hos materno la-
cte, & proprio ſuo nutritio ne-

 ctare,

ctare, ac inter alios externo illo meretricio, perdito, libidinoſo, in omnium lupanarium foricis conſpurcato lacte (ſi & lac nominari meretur) nutritos. O finibus omnibus, & omnibus diſtantem illorum, & horum vitam! ô vivendi genera cœlo terraq; remotiſſima! Illi alienis non inhiantes propriâ ſorte ſunt contenti; hi nullis divitiis ſaturati proximi opulentiæ invident; illi affabiles in omnes, & comite benevolentiâ univerſos complectuntur, nullum non ut amicum tuentur; hi leonum, & tygridum inſtar omnia ſibi arrogant, nihil cæteris permittentes: illi ad virtutes indies proficiunt, modò juſtitiæ palmam præ... runt, modò religi-

onis

nis lauro cinguntur, modò
emperantiæ triumphant lau-
libus, modò fortitudinis tro-
æo vincunt; hi per omnem
tatem aſſueti vitiis nec no-
nen intelligunt virtutis, juſti-
iam domo proſcribunt, ini-
vum & nefas inducunt, religi-
nem ex pectore ejiciunt, frau-
les & hypocriſin admittunt,
emperantiam ab ore repel-
unt, ebrietatem & petulanti-
m plenis faucibus hauriunt;
pud hos fit merum chaos ani-
norum, fit mera confuſio pro-
rietatum, fit mera corruptio
bonorum morum. Hinc eve-
nit quandoq; , ut, quorum pa-
entes quanta virtute immor-
alem nominis ac gloriæ fa-
nam manſuetiſſime Rempu-
licam gubernando ſibi ſuisq;

poſteris compararint; filii eorum tanto flagitiorum cumulo indelebilem infamiæ notam ſceleratiſſimè vitam tantùm ſuam privatam agendo toti familiæ inflixerint: quia *corruptio optimi peſſima eſt.* Tales autem filios â ſuggeſtione alieni lactis corrumpi teſtatur *Camertes in Julium Solinum cap.* 16. & cum illo *Aulus Gellius Comm. Noct. Atticar, lib.* 12. *cap.* 1. *ex Phavorino Philoſopho*, ubi ajunt: *Nonne hac quoq; in re ſolertia Naturæ evidens eſt, quod, poſteaquam ſanguis ille opifex in penetralibus ſuis omne corpus hominis finxit, adventante jam partus tempore in ſupernas ſe partes profert, & ad fovenda vitæ, atq; lucis rudimenta præſtò eſt, & recens natis notum, ac familiarem victum offert? Quamobrem non fru-*

fruſtra creditum eſt, ſicut valeat ad fingendas animi, atq; corporis ſimilitudines vis, & natura ſeminis; non ſecus ad eandem rem lactis quoq; ingenia, & proprietates valere. Et poſteà: *Quod malum igitur ratio eſt, nobilitatem iſtam nati modo hominis corpusq; & animum benignè ingenitis primordiis incboatum inſitivo degeneriq; alimento lactis alieni corrumpere; præſertim ſi iſta, quam ad præbendum lac tunc adhibebitis, aut ſerva aut ſervilis, & ut plerumque ſolet, externæ, & barbaræ nationis; ſi improba, ſi informis, ſi impudica, ſi temulenta eſt. Patiemur ne igitur infantem hunc noſtrum pernicioſo contagio infici? & ſpiritum ducere in animum, atq; in corpus ſuum ex corpore & animo deterrimo? id hercule ipſum eſt, quod ſæpe numero miramur, quoſdam*

pudicarum mulierum liberos parentum ſuorum, neq; corporibus, neq; animis ſimiles exiſtere. Et poſteà: *Quoniam videlicet in moribus inoleſcendis magnam ferè partem ingenium altricis, & natura lactis tenet.* *Albertus de Eyb* ait *in margarita Poëtica ex Macrobii Saturnalibus, in moribus inoleſcendis magnam ferè partem nutricis ingenium & natura lactis tenet, quæ infuſa tenero & mixta parentum ſemini adhuc recenti ex hac gemina concretione unam indolem configurat*, paritatem ab arboribus ac frugibus aſſumens, *in quibus ad indolem vel tractandam vel augendam, major plerumq; vis vel poteſtas eſt aquarum & terrarum, quæ alunt, quam ipſius, quod jacitur ſeminis. Hieronymus Bock in ſuo Herbario parte 4.cap.5.* pauciſſimis teſtatur;

tur; *alitum ſequi nutricis naturam*: *Quare qui matris lacte pueri aluntur, eos jam non ſolum conſueto, verum etiam maximè proprio ali alimento* confirmat; *videri autem non modo nutrimentum id Naturam infantibus præparare; verum etiam facultates quasdam naturales, quibus eo utantur, ab initio protinùs contuiſſe.* Concludit *Galenus de Sanit. tuend. lib.* 1 *c.* 7 Hæc eſt unica & ſola cauſa hujus tantæ diſcrepantiæ, ut licet quorundam idem ſit locus natalis, idem clima, idem horizon, meridianus, idem zenith, idem cœlum, eadem terra; ut tamen iſti quantum ad virtutem accedunt, tantum ab ea illi recedant. Sed liceat Phyſico naturale hujus mali remedium adferre, nempè, ut unaquæq;

mater, cui natura non fuit noverca, ſuam prolem lactet; quod aſſertum ex meditullio virtutum extractum rationibus ſtabilire nec dum pro conſulto mihi perſuadere poſſum. Nam ſi lactationem propriam ſuæ prolis tanquam virtutem Mundo commendavero, paucis placebo, plurimos mordebo, pleroſq; planè dilacerabo; contra carpenda hominum vitia elatrare, bellare, pugnare, ac ſuis etiam & dictis, & ſcriptis quam atrociſſimè fulgurare, fecit divino œſtro afflatum Socratem, cum contra ambitioſos Philoſophos de virtutum robore acrius verba funderet, perire. Virtute perfuſi Poëtæ mendici ſemper manſerunt; hac quoq; quam uberrimè irrora-

rorati antiqui Philoſophi contra vanitatem plebejamq; vivendi conſuetudinem viventes ludibrio velut fatui ſunt habiti. Nonne virtutis furore percitus Boëthius, quod aliquanto cordatius pro virtute, qua plenus fuit, verbis fulguraverit, diutinè exulavit? Quid Poëtam Juvenalem, virum jam octogenarium exulem fecit, niſi quod ipſe ex eadem virtute adeò flagrantem contra carpenda ſcelera cordis hauſerit incandeſcentiam, qua Romanorum luxum, & flagitia mordacibus ſuis Satyris non potuit non acriter carpere? Attamen, quia mutatum Sæculum, pro mea ſententia authoritates quasdam præmittam, quibus gratis, & acceptis alias faventi-

bus

bus Superis rationes ſubne-ctam. Hoc vocabulum *Lac*, quod â *Mario Nizolio lib. obſerv. in Ciceron.* ros vitalis interpretatur, accipitur â *Calepino* pro *ſucco materno, quo animalia nutriuntur*, dictumq; â *laciendo* eſſe teſtatur, *quod admotis mammis infantes alliciantur. Andreas Placus in Lexico biblico ſuper Pſal. 8. lacteo, ſignificare lac ſugo, quod propriè eſſe filiorum* teſtatur. *Nonius Marcellus de proprietate ſermonum* lac *ſuccum maternum* nuncupat: hinc ſequitur, quod illa, quæ lactat, magis eſſet dicenda mater, quam illa, quæ genuit. Sic cecinit *divinus Pſaltes: Sicut ablactatus ſuper matrem ſuam*, non dicit ſuper nutricem ſuam. Vide *Caſſiodorum in Pſal.* 130. ſecundùm quem *in* 118. *Pſalmum* lac â li-

liquore dictum eſt, *quod de interna ſubſtantia naturali, potius liquore, decurrat: A enim in l convertitur, ut amicus inimicus*, nolo volo; adſum abſum, premo comprimo, lavo lautum lotum, dilutum, conjicio conjectura, &c. omnia hæc confirmat *Galeottus Marcius lib. 1. de homine*, ubi dicit: *mammam eſſe nutricem*, ſuper hoc commentatur *Georgius Alexandrinus* hæc verba *Catonis* ex *Nonio Marcello lib. de pueris educandis: cum cibum, & potum buas ac papas docent, & matrem mammam, patrem tatam, &c.* Idem invenire licet in *reſponſione Galeotti* contra *Georgium Merulam*, ubi hæc verba nullius linguæ, ſed naturalis affectus inſtinctu fieri, & pronunciari reſpondet: ſi igitur ex naturali inſtin-

inſtinctu noſtram matrem, mammam vocemus, mamma autem noſtra nutrix ſit, ut ſupra demonſtratum; ſequitur neceſſariò, illam noſtram matrem non eſſe, quæ nos ſuo lacte non nutrit. Hinc eſt quod *Camertes in Julium Solinum cap. 16 & Aulus Gellius Comm. Noct. Atticar. lib. 12, cap. 1. ex Phavorino Philoſopho* ita invehunt: *Quid eſt enim hoc contra naturam imperfectum atq; dimidiatum matris genus? peperiſſe, ac ſtatim à ſe ſe abjeciſſe? aluiſſe in utero ſanguine ſuo, neſcio quid, quod non videret? non alere nunc ſuo lacte, quod videat jam viventem? jam hominem? jam matris officia implorantem? An putas naturam fœminis mammarum ubera quaſi quosdam nævulos venuſtiores, non liberorum alendorum, ſed or-*

ornandi pectoris causâ dediſſe? ſic enim pleræq; prodigioſæ illæ mulieres fontem illum ſanctiſſimum corporis, generis humani educatorem arefacere, & extinguere cum periculo quoq; averſi corruptiq; lactis laborant, tanquam pulchritudinis ſibi inſignia devenuſtet. Et poſteà: *Nonne hac quoq; in re ſolertia Naturæ evidens eſt, quod poſteaquam ſanguis ille opifex in penetralibus ſuis omne corpus hominis finxit, adventante jam partus tempore in ſupernas ſe partes profert, & ad fovenda vitæ atq; lucis rudimenta præſtò eſt, & recens natis notum ac familiarem victum offert? Quam ob rem non fruſtra creditum eſt, ſicut valeat ad fingendas animi atq; corporis ſimilitudines vis & natura ſeminis; non ſecus ad eandem rem lactis quoq; ingenia & proprietates*

valere: Et poſteà: *quod malum igitur ratio eſt, nobilitatem iſtam nati modo hominis corpusq; & animum benignè ingenitis primordiis inchoatum inſitivo degenerîq; alimento lactis alieni corrumpere; præſertim ſi iſta, quam ad præbendum lac tunc adhibebitis, aut ſerva, aut ſervilis, & ut plerumq; ſolet, externæ, & barbaræ nationis; ſi improba, ſi informis, ſi impudica, ſi temulenta eſt. Patiemur ne igitur infantem hunc noſtrum pernicioſo contagio inſici? & ſpiritum ducere in animum atq; in corpus ſuum ex corpore & animo deterrimo? Id hercule ipſum eſt, quod ſæpenumero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos parentum ſuorum neq; corporibus, neq; animis ſimiles exiſtere:* Et poſteà: *Et præter hæc, quis illud etiam negligere, aſpernariq; poſſit, quod.*

qua

quæ partus ſuos deſerunt, ablegantq́; à ſeſe, & aliis nutriendos dedunt, vinculum illud, coagulumq́; animi, atq; amoris, quo parentes cum filiis natura conſociat, interſcindunt, aut certè quidem diluunt, deteruntq́: nam ubi infantis aliorsùm dati facta ex oculis amolitio eſt, vigor ille naternæ flagrantiæ ſenſim & paulatim reſtinguitur, omnisq́; impatientiſſimæ ſollicitudinis ſtrepitus conſiceſcit, neq; multo minor amandati ad nutricem aliam filii, quam morte amiſſi oblivio eſt, ipſius quoq́; infantis affectio animi, amoris, conſuetudinis in ea ſola, unde alitur, occupatur, & proinde, ut in expoſitis uſu venit, matris, quæ genuit, neq; ſenſum ullum, neq́; deſiderium capit, ac propterea oblitteratis, ac abolitis nativæ pietatis elementis quidquid ita educati liberi amare parentem

atq;

matrem videntur, magnâ ferè parte non naturalis ille amor eſt, ſed civilis & opinabilis. Hæc exemplo confirmat *Bonifacius Simoneta de perſecutionib. Chriſtian. l. 5. c. 60* hiſce verbis: *Erigone Icari nata lugubris cani panem obtulit, quem cadaver repetentem ſecuta genitori parentavit. Petre! Erigone ubere materno alita vehementius, quam ex obſtetricibus educata in exequiis illacbrymavit: mater, ſi vacat, omninò natum lactet, tale eſt ſimile nutrimento, quo puer è menſtruis in utero ſolitus eſt ali; nihil eſt infantibus materna mammilla convenientius; extremum mammæ ori patientis pueri appoſitum allevìat ſemper ægritudines.* Et tandem *S. Ambroſius* ad hoc omnes puerperas adhortatur *lib. 1. de Abraham Patriarcha cap. 1. in illum textum,*

tum, quis annuntiabit Abrahæ, quod Sara lactet Filium: ubi provocat fœminas *meminiſſe dignitatis ſuæ, & lactare filios ſuos, hancq; eſſe mulieris gratiam, hunc honorem, quo ſe propriis commendent viris, denique eos plus amare filios ſolere, quos ipſæ mulieres lactaverint uberibus ſuis* ſanctè teſtatur: & tamen natura mulierem ad id genus officii deſtinavit: nam *Lactantius de formatione hominis c.*12.ſcribit: *Mulier, ut Varro interpretatur, â mollire eſt dicta, immutatâ & detracta* (additâ,) *litterâ velut mollier, cui ſuſcepto fœtu, cum partus appropinquare jam cœpit, turgeſcentes mammæ dulcibus ſuccis diſtenduntur, & ad nutrimenta naſcentis fontibus lactis fœcundum pectus exuberat: nec enim decebat aliud, quam ut ſapiens animal â*

cor-

corde alimoniam duceret, idq; ipſum ſolertiſſimè comparatum eſt, ut candens, & pinguis humor teneritudinem novi corporis irrigaret, donec ad capiendos fortiores cibos, & dentibus inſtruatur, & viribus roboretur. Quod quoq; *Galenus* agnovit *lib. 1. de ſanit. tuend. c. 7.* dicens *ac ſanguine quidem dum adhuc in utero geſtamur, ali nos conſtat, ex ſanguine verò lac gignitur, exiguam in mammillis mutationem adepto: quare qui matris lacte pueri aluntur: ii jam non ſolum conſueto, verum etiam maximè proprio aluntur alimento. Videtur autem non modo nutrimentum id Natura infantibus præparaſſe; verum etiam facultates quaſdam naturales, quibus eo utantur, ab initio protinùs contuliſſe.* Nec dicas, ſi proprietates hujus, vel illius individui alteri com-

communicentur per lac humanum; ergò per lac brutale hujus, vel illius bruti proprietates homini communicabuntur; ergò per uſum lactis, vel in aſinos, vel in boves homines redigentur: magna enim eſt diſparitas, quia lac brutale tanquam ab imperfectiore forma proveniens, in formam perfectiorem agere non poteſt immediatè, quia ſubſtantiæ non agunt in ſe invicem niſi per qualitates; nec accidens agit in ſubſtantiam; adeoq; quatenus tunc perfectior forma illi dominatur, eatenus ſubjacere illi quoq; neceſſe eſt; nec bruta habent illum characterem meretricium; adde, aſinus bibens lac humanum non fit homo; ergò homo bibens lac aſi-

næ,

næ, non fiet aſinus: ſunt enim inter hominem, & bruta formæ ſpecie diverſæ, ubi non fit mutatio proprietatum, ſicut hæc facillimè fieri poteſt inter formas ſpecie easdem, ut inter Petrum & Paulum. Inſtabis *Sennert. l. 2. Inſtitut. parte tertia ſect. 2. c. 4.* recenſet talis transmutationis exempla quædam ex *Weinricho lib. de monſtris cap.* 15. de puella epileptica, quæ felis ſanguinem loco medicamenti hauſit, quo facto, puella felis naturam induit: item de alio, qui ſuillo ſanguine paſtus, luto delectabatur ad faſtidium usque: ergò ſi ſanguis hoc efficere poteſt, poterit & lac, quia ſanguis & lac ſunt idem materialiter; quin imò ibidem quemdam lacte caprino nutritum,

um cum adoleviſſet, capræ
ctiones, ſaltus, & plantarum
rroſiones exercuiſſe ſcribit;
rgò proprietates brutorum
oterunt homini communi-
ari. ℞. iterum negando u-
ramq; conſeqventiam: diſpa-
itas eſt, qvod imprimis in pu-
lla illa ſangvine felis medicata
rgana rationis fuerint depra-
ata; in puero verò lacte ca-
rino nutrito organa rationis
uerint adhuc pro actu ſecun-
o imperfecta; hinc cum re-
iſtentia paſſi fuerit debito for-
ior contra vim agentis, non
uit ſimplex actio, ſed reactio,
uæ reactio per accidens cau-
ata fuit, eò quòd ob depravata,
ut imperfecta organa agere,
llud perfectioris formæ reſpe-
tu pati imperfectioris formæ

ſufficiens non fuerit, ſed per
accidens tantùm, & ideò cum
paſſum tunc debito potenti
reſiſtat, agentis vis quodam
modo diminuitur. Nam ſi
ut in ſimplici actione age
ſimpliciter aſſimilat ſibi pa
ſum, absq; eo, quod paſſum
gentis vires ultra debitum r
tundat: ita in reactione age
intendit quidem aſſimilare ſ
paſſum; ſed fortius debito o
ponens agenti, ejus vires d
minuere conatur, & licet e
aliqvomodo diminuat, non t
men agens â patiente vincitu
Exempli gratiâ, ut utar exem
plo *Valleſii.* Petrus occidit
Paulum gladio, absq; eo, qu
Paulus ſe Petro vi oppoſuer
hic Petrus ſimpliciter egit in
Paulum; ſed ſi Petrus occide
Pa

Paulum, qui ſeſe ſtrenuè de-
endebat, ſic Paulus ut paſſum
eegit in Petrum ut agens, vo-
uitq; ejus vires diminuere,
uas utique aliqvomodo dimi-
uit. Idem eſto de igne in pa-
eam ſiccam, & de igne in li-
num viride, & humidum a-
ente; & hinc ex culpa inſtru-
nentiartifex non eſt cauſa ma-
efacti, aut imperfecti operis.
ic ex communi ſenſu Philoſo-
horum, ignis eſt fortiſſimum
gens, & tamen cum primùm
rdere incipit, tantum aquæ in
lum inſperſum extinguit, vin-
it, & ſuperat, qvantum aliàs, ſi
gnis verè flagraſſet, in ignem
onvertiſſet. Lege *ſupra cita-*
s Auth. de transmut. elemt. Sic
ber ut carbonibus parcat, a-
uâ ignem aſpergit, ut ad præ-

ſentiam contrarii fortior eva-
dat, quâ, ſi ab initio, aut ad fi-
nem quaſi flagrationis aſperſi-
ſet, ignem extinxiſſet: Pa-
modo ex eo, quod puella in ſu-
is organis male diſpoſita; au-
puer in ſuis organis nec dum
perfectus, & in actum ſecur-
dum reductus illius bruti pro-
prietates aſſumſerit, aut pot-
us imitatus fuerit; per acci-
dens factum eſt, eo quod re-
actione reſiſtentia paſſi nim-
um, ita dicendo, ſe oppoſuer-
virtuti agentis. Inferes, erg-
rectâ ratione non utentibu-
aut pueris lac diverſæ ſpeci-
non eſt dandum. ℞. negand-
illatum: ex eo enim quod u-
aut alteri per accidens vari-
effectus cauſaverit, non ſequ-
tur, quod in omnibus per e-
ſent-

ntiam idem efficiat. 2. pue-
os non nutriri ſolo lactè vac-
no; deinde etſi in pueris
iorboſis nimis diuturnis ſoli-
s lactis uſus non ſit adeo (in
ıchecticis planè non) lauda-
ilis; non tamen inde currit
gumentum ad omnes: ſic
tiam, licet videamus illos, qvi
olo lacte â pueritia nutriti ſunt
ſſe obtuſioris ingenii aliis, &
iſi prius inter alios homines
onverſentur, bene dedolen-
ur, & illa lenta aut impedita
erfectioris formæ actio con-
ra patiens potentius reagens
uſcitetur, & vim agentis in
ctum ſecundum reducendo
atientis reactio deſtruatur;
nanere bubulcos, agaſones,
nuliones, & eſſe tantum pri-
næ apprehenſionis moraliter

 dicen-

dicendo homines; id tame magis educationi, qvam ſo lacti adſcribendum eſt: hoc e nim experientia teſtatur, alia nationes, quæ lacte in pueriti non tantum, verum etiam pe totum vitæ curſum nutriun tur, aliis vinipotis nationibu tam in ſpeculativis qvam pra cticis felicioris ingenii eſſe, inde patet, hic magis educatio nem qvam lac (loqvor tantun de lacte brutorum.) aut aliu nutrimentum infelicioris in dolis cauſam eſſe; de aliis ve ro, qui recta ratione non utun tur ante lac, quis poſt lac illo rum rationes cenſebit? & an illæ aſininæ, bovinæ, aut hu manæ ſint, qvis cognoſcet, niſi cum Nabuchodonoſore in boves, aut cum Mida in aſi no

os redigantur; ubi verò jam ...um librat recta rationis truti-na, ibi nec caprinum, nec vac-cinum, nec aſininum lac, vel minimum prævalere poterit, & ſine reactione prævalente ... ta dicendo patientis ſimplici-ter tantum vices ſubire debe-bit. De hoc lege *Valleſium l. 1. c. 5. controv. med. & philoſoph. Paulum Venetum in Ariſt. librum primum de gener. & corrupt. n. 55.* Tanta vis, tanta virtus, tanta eſt efficacia hujus nutrimen-ti, ad cujus naturam indagan-dam, ſciendum eſt, cum com-mune ſit naturæ nutrimen-tum, & omne nutrimentum debeat eſſe diverſum â re nu-trienda, diverſitate qvidem combinabili, & ſymbolica, non diſſymbolica; ſic & in la-

cte, tres diverſæ ſubſtantiæ reperiuntur propter triplicem ſubſtantiam partium corporis noſtri alendam: pro ſolidis partibus eſt caſeus, pro humidioribus ſerum, pro ſpiritibus butyrum, ſic & de aliis corporibus, & non tantum de humanis diſcurrendum eſt, quæ brevitatis gratiâ exponere omitto, cum ex præcedentibus id facilè declarari poſſit. Ex qvibus patet, nihil ſine lacte, exiſtere poſſe in rerum natura; voco autem lac omne illud, aut candidum, aut ſucculentum, aut ei analogum, quod naturæ familiare eſt, de quo hic nullus ſermo. Indagandum eſt itaque lac animale, & an id, & quomodo morbo articulari laborantibus, & excruciatis conveni-

venire poſſit, videndum, ſi prius eſſentia ejus ex hac definitione innotuerit: *Lac eſt humor excrementitius naturalis, utilis, candicans, glandularum in ipſa mammarum ſubſtantia copioſe diſperſarum peculiari facultate, non nihil tamen adjuvante calore extrinſeco è ſangvinis, & chyli partibus, ad fœtus nutritionem productus.* Sunt igitur mammæ vera lactificationis officina, quod teſtatur *Galen. de theriaca ad Piſon cap. 7. qvemadmodum teſtibus attributum eſt, ut ſemen; ita mammis ut lac conficiant;* non ut ventriculus, cor, hepar, aut cerebrum, ad individui, ſed ſicut teſtes ad ſpeciei conſervationem, qvæ ob glandulas, quas per omnem ſui ſubſtantiam plurimas recondunt, lactifi-

candi facultate præditæ ſunt; ad quod opus venæ, & arteriæ in lactantibus valdè conſpicuæ non parum commodi præſtant; quibus materia ſuppeditatur; id eſt tum ſangvis, tum chylus; non ut per illa vaſa lac fluat; ſed ut in illis conficiatur; qvod præter omnes Medicos etiam teſtatur *Plutarchus in vita Pauli Æmylii, dum ait: Velut mulierum ubera non qvemadmodum vaſa ſunt lactis fluere parati; ſed converſo in illis nutrimento lac faciunt & emittunt.* Qvod hiſce confirmat *Bonifacius Simoneta de perſecutionibus chriſtianorum lib. 2. cap. 1. lac eſt ſangvis digeſtus in mammillis, qvæ cum albæ glandulоſæ ac molles ſint, in eam albedinem humorem permutant, in mammillis venæ, arteriæ, in qvibus meli-*

relius quam alibi digeritur, ſunt, candore earum ſangvis albificatur & calorem temperatum nanciſcitur. Et qvanqvam plurimi Medicorum, præſertim quos antiqva ſchola erudivit, ſolum ſangvinem lactis materiam eſſe affirment; firmiſſimis nihilominus rationibus ductus, & chylum cauſam eſſe materialem cenſeo, ad cujus confirmationem ſingulariter occurrit *Veslingius* cum recentioribus lyceis & accuratiſſimis anatomicis, cui accedit *Pecqvetius* cum inſigni ſuo *ductu chylifero* à Pancreate per thoracem juxta arteriam aörtam, ac vertebras ad jugulum uſque aſſurgente, & ramos ſuos in venam ſubclaviam & jugularem inſerente ad materiam nimirum illam pro

lactis geneſi advehendam. Hoc fatentur lactantes, qvæ materiam quandam prope ſpinam dorſi ſurſum pullulare & mammis influere manifeſtiſſimè perſentiunt; imo cum dolore, ſi lactans ſit aut prima, aut per diem inediam paſſa fuerit, aliquando pullulationem illam ob fortiorem infantis ſuctionem fieri confirmant. Generatur ergò lac, dum & ſangvis ex arteriis, & chylus ê receptaculo ſuo per venas lacteas thoracicas (id patet in lactantibus, quibus ſtatim aſſumpto juſculo turgent mammæ, aut ſi poſt cibum venter comprimatur, qua compreſſione chylus quoque per ſolitas vias exprimitur, pullulationem illam lactantes digito monſtrabunt) per mam-
ma-

marum ſubſtantiam differunt â facultate mammarum glandulis inſita lactis acqvirunt formam; differentiæ deſumuntur â ſubſtantia, accidentibus, & effectis; â ſubſtantia, cum lac ratione materiæ, ex qua producitur, variat: ſic hoc lac poteſt eſſe butyroſius iſto, iſtud caſeoſius illo, illud ſeroſius alio, pro ratione prædominantis humoris, materiæ ex qua: ab accidentibus, cum variæ occurrant differentiæ, potiores, & quæ medicæ ſunt conſiderationis, petitas â quantitate & qualitate inveſtigaturus. Dicitur â quantitate lac generari vel copioſum, & pro nutriendo fœtu ſufficiens; vel non: facultate ſcilicet, vel forti vel debili, aut ma-

teria

teria lactis, vel copioſa vel deficiente; â qualitate plurimæ etiam hauriri poſſunt lactis differentiæ, pro ratione ſcilicet qualitatum, tum activarum, tum paſſivarum prædominantium, ratione quarum lac quoque eſt vel bonæ, vel malæ nutritionis, utrumq; ex diæta, (ſub qua non tantum cibus, & potus; ſed omnes res non naturales intelliguntur) vel bona vel mala nutricis genitum; ita ut bene dici poſſit; lac eſſe ideam diætæ â nutrice vel bene, vel male inſtitutæ. Sic optimum lac illud habetur, quod generatur â nutrice optimæ conſtitutionis, quod humorum alimentarium legitimè inter ſe commixtorum ſequitur naturam, & cui emulcto ſuper-

ſuperficietenus pingves quædam guttulæ, alioqvin autem plurimæ innatant fibræ, quod denique dulcis ſaporis, candidi coloris, grati odoris, & bonæ conſiſtentiæ, in ſpecillo vel ungue diſtillatum non diffluit. Ab effectis lac eſt alimentare, vel medicinale: alimentare, quod fœtum, aut aliud corpus alit; medicinale, quod plurimis humani corporis affectibus præternaturalibus medetur; de quo poſtea. Reſtat, temperamentum, quod temperamentum nutricis ſequitur: cujus enim complexionis eſt nutrix, eandem complexionem etiam mediante lacte, communicabit fœtui, aut alito cuivis: qvod evidentiſſime, apparet ex ſingulari illa inclinatio-

nation e, & affectu amoris, qu[o]
feruntur infantes erga ſuas
nutrices, & hæ erga
illos.

ARTICULUS III

De
NATURA, & CAUSIS EXTERNIS ARTHRITIDIS.

MOrbus, qui arthritis nuncupatur *Græcis*, & *Herodiano*; articulorum dolor *Ciceroni l.* 1. *ad Atticum epiſt.* 3. & *l* 9. *epiſt.* 23. *ad Pætum*, *Celſo. l.* 2. *c.* 7. Alnatras Arabicè *Alſabaravio l. pract. tract.* 28. *in lib.* tamen *Albumeronis Avanzoar M. S. in Bibliotheca noſtra Facultatis Medica*

dicæ ſub n.15. tract. de ægritudinibus quæ fiunt in carne & cute totius corporis, cap. 30. anagras intitulatur; paſſio juncturarum *Nicolao Florentino ſer. 7. tract. 2. c.* 1. artetica *Guainerio & Meſue lib. de ægritud. junctur. cap.* 1. articularius morbus *Plinio lib. 21. cap. 21. & lib. 26. cap.* 11. articulorum morbus *Scribonio*, gutta *barbaris* nominatur, dicitur â parte læſa, utpote ab articulo. Univerſaliter pro materiali definiri poteſt, *quod ſit defluxus humorum peccantium ad artus, cum tumore, & dolore periodico motumque impediente*; ex quo reſultat tandem morbus pro formali, *interna ſcilicet depravata diſpoſitio articulorum motum impediens ob dolorem, & materiæ præternaturalis præſentiam*: qui hoc morbo la-

laborant, *á Plauto in Mercatore commentatore Joan. Baptiſta Pi[...]* *Podagroſi, quia fideliter incedere non poſſunt*; & articularii; â *Cicerone l.c. arthritici*; communiter autem podagrici vocantur. Variat tamen nomen pro varietate articulorum; ſi plures partes eodem tempore occupet dolor, *arthritidis* nomen retinet; ſi pedum articulos *podagra*; ſi manuum, *chiragra*; ſi genuum, *gonagra*; ſi coxarum, *iſchiatica*; ſi axillæ articulum, *Syagonagra*; ſi humeri, *o[...]magra*; ſi cubiti, *pechyagra*; ſi i[n] cervice, *trachelagra*; ſi in ſpin[a] dorſi, *rachyſagra &c.* quæ vocabula apud Græcos non occurrunt, nec uſu trita ſunt; ſed alii quidam, & inter eos *Ambroſius Pareus l. de arthritide c. 1.* tali[a]

voca[...]

vocabula finxerunt, appellatur: imo nonnullis in dentes effuſus humor, ibi dolorem excitans, dentium *podagram*; melius *odontagram*; aliis in pectore ſpuriam pleuritidem efficiens, *lateris podagram* licuit appellare. Non omnis autem articulorum dolor arthritis dicendus eſto; ſed is tantum, qui ſymptomatam vehementiâ, perenni affluxu materiæ, cruditate humoris, & accumulatione eſt acerbiſſimus, idque deducta proprietate â parte affecta, quæ eſt articulus, ſeu extremitatum duorum oſſium contactus; *ex Hipp. l. de locis in homine Anutio Fœſio in œconomia Hipp. ſub dictione ἄρθρον, Mercato tomo primo lib. 1. part. 4. articul. 2. q.* 129. cujus contactus natura non in-

conti-

continuitate (*ſymphyſi*) ſed in contiguitate, eaque vel laxa (*diarthroſi*,) vel ſtricta (*ſynarthroſi*) cum cavitate vel profunda, vel ſuperficiaria conſiſtit. *Gal. l.1. de uſu partium c.15. Celſus l. 4. c. 22. Donatus ab alto mari artis medicæ capite* 118. hujus affluxus ad articulum anſam aſſignat. *Avicennas lib.1. fen, 2. cap. 11. qvod amplitudo apud juncturam ſit apta, ut materia ad ipſam deſcendat.* Sunt itaqve humores aut qvantitate, aut qualitate; aut quantitate & qualitate ſimul peccantes: dum nempe copioſi, aut mole quidem exigui, ſed efficacia maximi, ſeroſi, ſalſi, acres, in ſanguificationis organis (adjuvante aliqvando ut plurimum, aliquando non nihil, prima coctione) geniti, â natu-

natura ad articulos protruſi, raro tamen ita ſolitarii, quin alius redundans in corpore humor, quaſi con cauſa conflu-at: hinc arthritis bilioſa, phle-gmatica &c. cujus in methodo medendi habenda eſt ratio, proxima hujus affectus cauſa, attamen dependens, & ab aliis extrinſecis proveniens, rebus nempè ſex non naturalibus, prout hæ malè â nobis adhi-bentur. Et qvia iterum hæ ſola cauſa per ſe non ſunt, ſed quatenus noſtra depravata, & malè ſana voluntas eas malè applicat; hinc ultima & prin-cipaliſſima cauſa in hanc con-jicitur, quæ cum ſit cauſa cau-ſæ, eſt etiam cauſa cauſati, cum ſit cauſa ex ſiniſtro rerum non naturalium uſu corruptorum hu-

humorum; ſic etiam eſt cauſa corruptæ, & deperditæ ſanitatis. Sed quia hæc plus ad indicationem philoſophicam, quam medicam facit, pro nunc eam intactam relinquam: *Philoſophia enim habet animos moderandos, ſicut medicina corpora ſananda: teſte Cicer. ad fin. 1. Tuſcul. Qv. Plutarcho in libro de tuenda valetudine ex Conimb. in proœmio in libros Phyſicorum Ariſtot. parte prima qv. 3. art. 3.* adeoque ad externas cauſas, ad ſex res non naturales me conferam. Et primo de aëre, quo neceſſarium magis nihil eſt, utpote & qui intus inſpiratione ſuſcipitur, & foris ambit, ſeſeq; per poros inſinuat. Hic variat ſecundùm diem, noctem, menſes, anni tempora, annos, di-

ver-

verſitatem, & viciſſitudinem ſyderum, mutationem horizontis, plagam auſtralem, borealem, climata, ventos, qui & naturam loci referunt, unde afflant, & ſecundùm locum, cujus naturam venti induunt, quem perflant, mutantur: qvi cumprimis humidus, nebuloſus, ventoſus, craſſus, præſertim nocturnus & frigidus, imo aquilonia etiam conſtitutio frigida, & ſicca, dum corpus multis humoribus refertum reperit, quos abſumere, & abſorbere non poteſt, denſando, naturalem effluxum prohibendo; juxta *Gal. lib. de cauſis morbor. cap. 3. & 1. de differentiis febrium capite tertio.* Æſtus item aliæque aëris anomaliæ materiam morbificam vel colligendo,

do, vel fundendo ad hunc affe-ctum concurrunt: ſic impu-rus, & craſſus aër per anguſtos pororum meatus tranſire ne-qvit; hinc nec eventilare: unde obſtrui, quod aut evapo-rare aut circulari deberet, po-teſt. Calidus aër, poſtqvam diſcuſſerit, conſtringit, & den-ſat, eoque agente humores li-qvantur, aguntur de parte in partem: hinc ſi in debilem articulum inciderint, manent tanqvam agglutinati. Frigi-dus, quidquid in partem irruit, denſat, cogit præcipuè in arti-culis, ut remotiſſimis â fonte caloris, & maximè frigori ex-poſitis. Humidus aër emollit fluxilia, & reddit fluxiones, ſicut ſiccus obſtructiones, tu-mores duros, capitis, & arti-

culo-

ulorum dolores generat: te-
e *Hipp. 3. aph.* Hinc eſt, quod ob
mbientis aëris variam conſti-
ationem, perquam vel crudi
umores congeruntur; vel
ongeſti ad fluxum excitan-
ır, podagrici humorum ex-
rementitiorum fermentatio-
em, & motum in corpore
ræſentire ſoleant, certiſſi-
umq; in pedibus habeant ca-
ndarium, lunæqve phaſes, &
iidem absqve tabulis, aut cal-
ılo nautis, & aſtronomis me-
ıs nôrint. Quod inſinuaſſe
detur *Plin. lib. 2. cap. 21.* hiſce
rbis: *alii commoventur ſtatis
mporibus alvo, nervis, capite,
nte: quod Milicbius in ſuo com-
ntario interpretatur hoc eſſe:
dam ſentiunt in corpore ſuo com-*

 motio-

motiones ex curſu ſtellarum & pr ſertim Lunæ: cum enim ipſa totum corpus humectet, præcipue tame illud membrum humoribus afflue tius implet, quod ſigno illi ſubjectu eſt, per quod dum ipſa diſcurrit, u de & magnum membro nocume tum infertur.

Secundo ſe offerunt alime ta, eſculenta ſcilicet, & pot lenta, inter quæ vinum prim tenet: unde *Quintus Seren cap. 37.*

Ennius ipſe pater dum pocula ſicc
iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruiſſe
dolores.

Et Latini poetæ verſus:

Ut Venus enervat vires; ſic copia
vini,
Et tentat greſſus debilitatq; pedes. Ex

Experientia quoq; docet,
ihil magis Arthriticis obeſſe,
vam vinum: qvod vel humo-
es reddit fluxiles, vel materi-
m Arthritidi generandæ aptā
auſat, aut viſcerum temperi-
m pervertendo ea reddit in-
rmiora, aut ea exurit, & exſic-
at, quæ deinde, aut obſtruun-
ır, unde roridam chyli, ſan-
uinisq; ſubſtantiam in tenaciſ-
mum phlegma convertunt,
uod in robuſtioribus corpo-
bus aliquando quidem in bo-
am ſubſtantiam adhuc trans-
utatur; in debilioribus ve-
ò, uti plerumqve ſunt arthri-
corum corpora, magis & ma-
s viſcoſa, & glutinoſa illa pi-
ita accumulatur, quæ deinde
i fluorem reducta, tanquam

naturæ moleſta â centro ad p
ripheriam, ab internis viſce
bus, in partes exteriores irr
it, aut alia millena accidentia
inde oriuntur; præſertim
vina ſint multum tartari con
nentia, quæ viſcera interiora
ad inſtar dolii, quaſi cryſtal
zant, incruſtantq;. Hinc h
luones plerumqve appetitu
comedendi, & guſtum am
tunt, ſolo vini potu ſe ſuſtenta
tes, eo quod (ſalvo *Hipp. ap*
ſuperficies oris palati, lingv
laryngis, ſtomachi, & inteſ
norum tenuium maximè tc
quanta humore tartareo qu
imbibatur. Cujus rei arg
mentum eſt, quod illis vina
nuia non ſapiant, & niſi ger
roſiſſima hauriant, ſaporen

V.

ini non percipiunt; item, ut
ppetitus comedendi redeat,
ino aduſto tartaream mucila-
inem illam in ſuperficie con-
amendo ſaporem ciborum
erum ſentiunt: inde fit, ut
lerumqve hectici moriantur,
artim quia ab habituali calore
nima jam tum determinata
d producendum continuò ca-
orem; partim quia lactearum
rificia tenuiſſima ob ſuperin-
uctam mucilaginem tartare-
m ſugere non poſſunt: hinc
ame, non quidem illa ex defe-
tu ciborum, & ex defectu ali-
nenti attracti pleriq; tales gur-
uliones exſiccantur, contabe-
cunt, & moriuntur: ſi autem
oſt mortem tales aperiantur,
nembranæ ſtomachi ſunt te-

nuiſſimæ inſtar pergameni cui contrarium videtur in zythopotis Septentrionalibus qui membranas habent denſiſſimas. Et quàm aptum ſit vinum arthritidi generandæ, patet, quod ex ejus abſtinentia ſola arthritici fuerint ſanitat reſtituti: uti videre eſt apud *Trincavellium de ratione curand particulares humani corporis affectus l. 12. c. 2. Franciſcum Alexandrum in Apollinis radio primo in deſcriptione diacorallii, Solenandrum ſect. 5 conſil. 1 & ſect. 1. conſ. 20. Paulum Æginetam de re medica lib. 3 cap. 78. Alexander Benedictus lib. 3 in procemio ait: Quidam neglecto vino annuo aqvæ potu uſi cruciati podagræ toto vitæ ſpatio liberati ſunt: tutam enim valetudinem*

pro-

omittit ſaluberrimus aquæ hau-
u. Iterum lib. 30 cap. 7. ex Paulo
ibit.: itaq; ſi poſſibile eſt à vini po-
abſtinere, maximum eſt præſidi-
m: quoniam ſola vini abſtinentia
ultos convaluiſſe novimus, ſi initio
orbi id obſervatum diligenter fue-
e; ſi ea ab initio morbi abſtinentia
eglecta fuerit, rari evaſere, et ſi
oloribus quidem minus vexati fue-
nt. Si nihil igitur probibet, in-
ta vita à vino abſtinere utiliſſi-
um eſt; qvi vero infirmi ſunt, aut
liqvod membrum haud dubio ve-
ari videatur, per anni ſaltem ſpa-
um à vino abſtineant, mox quod
qvoſum eſt, paulatim quotidie bi-
ere aſſueſcant, & cap. 9. ex Galeno
it: propterea multi vino abſtinen-
s, qui podagrâ tentati fuerant,
unqvam amplius laboraſſe cogni-

tum eſt, quod ſi ex toto abſtinere nequeant, in Vere ſaltem & Æſtate aquam bibant. *Cornelius Celſus l. 4 medicinæ cap. 24.* quorundam recordatur, *qui cum toto anno à vino mulſo, & Venere ſibi temperaſſent, ſecuritatem totius vitæ conſecuti ſunt.* Clariſſimè docet *Garioponeus lib 4. cap. 4.* abſtinentiam vini tollere podagram, imò quod magna & freqvens comeſtio carnium generet podagram; ſicut abſtinentia potus vini eam ſanet, teſtantur quam plurimi antiqviſſimi M S. Codices in Bibliotheca noſtra Facultatis Medicæ. Alimenta præterea in univerſum quantitate, qualitate, modo & tempore utendi peccare poſſunt, idq; non tantùm Medico-

rum

rum, verùm etiam *S. Bernardi* teſtimonio *lib. 4. collection. cap. 15.* comprobare poſſum, ubi dicit: *Qvia enim parvas, & ut eas natura creavit, epulas faſtidimus, dum alia aliis multifariè permiſcentur; & ſpretis naturalibus, qvos DEUS indidit rebus, qvibusdam adulterinis gula provocatur ſaporibus; tranſit nimirum metā neceſſitatis, ſed necdum delectatio ſuperatur: qvis enim dicere ſufficit, quot modis, ut taceam ſola ova verſantur, & quanto ſtudio evertuntur, ſubvertuntur, liqvantur, durantur, diminuuntur, & nunc quidem frixa, nunc aſſa, nunc farſa, nunc mixtim, nunc ſigillatim apponuntur; non ut ſoli faſtidio conſulatur, ipſa deniq; qvalitas rerum talis deforis apparere curatur, ut non minus aſpectus*

qvam guſtus delectetur; & cum jam ſtomachus crebris ructibus repletum ſe indicet, necdum tamen curioſitas ſatiatur; ſed dum oculi coloribus, palatum ſaporibus alliciunt, infelix ſtomachus, cui nec colores lucent, nec ſapores mulcent, dum omnia ſuſcipere cogitur, oppreſſus magis obruitur, qvam reficitur. Hinc evenit, ut præſertim intempeſtivæ compotationes, etiam nocturnæ, repletioni, & cruditati materiam præbeant cumulatiſſimam. Nam cum juxta *Hipp. l. de natura humana terræ inſit & acidum, & amarum, & dulce, & ſalſum, & omnigenum,* alimentum ſanè hujus ſalinæ, aut nitroſæ vel alterius mineralis naturæ, ê terrâ attractæ particeps ingeſtum, at corpori

ri alendo ineptum, vel ex corpore ſano tempeſtivè excluditur, & ſic iteratis vicibus corpus debilitatur, vel in morboſo cum alibili ſucco præter naturam commiſcetur. Hinc ait *Hipp. lib. de veteri medicina, quin & ex cibo quicunqve nobis incommodi ſunt, & ingeſti hominem lædunt, horum unusqvisq; aut amarus eſt, aut meracus & intemperatus, aut ſalſus, aut acidus, aut alius qvis intemperatus, & fortis & propterea turbamur ab ipſis.* Ex illorum enim nimia copia, (loquar tantum de qvantitate,) ventriculus obrutus nec rectè clauditur, nec cibos debitè complectitur, atq; ita hiante orificio ventriculi calor ſenſim exhalat, & languidior redditus

calor ventriculi nimiæ cibi &
potus copiæ coqvendæ non
ſufficit; & propterea cibus
non rectè coqvitur, ſimul etiã
magna halituum, & vaporum
cerebrum replentium copia
ſurſum fertur, & ſic repleto cerebro
â vaporibus, frigiditate
cerebri condenſatis continui
catarrhi & fluxiones, quæ ſeſe
diffundunt, & fauces, & nares,
& ventriculum, & pulmones,
& ſpinam dorſi, & nervos petunt,
vel in venas, & arterias
effunduntur, in qvibus efficiunt
cruditates curatu difficillimas;
vel in muſculos, & articulos
irruunt, ibiq; dolores &
conſimilia mala excitant, in
meſenterio quoq; obſtructiones
plurimas cauſant, & con-
ceptâ

ceptâ putredine febres accendunt, læſoq́; liene, aut hepate, cachexiam, hydropem, &c. generant propter tot vitioſos cumulatos humores, ſecundum illud; *Vitium primæ concoctionis non corrigitur in ſecunda*. Deinde licet ſecundùm ſubſtantiæ rationem optima alimenta euchyma, & omninò inculpata offerantur; cum tamen facillimè alterabilia, & in ſe laudabilia alimenta ex *Gal.* doctrina *in comment. 5. aph. 64. & lib. 5. de ſanit. tuenda cap. 7.* etiam facillimè corruptibilia ſint ob aſſumentis varietatem, etſi qualitates quandoq; alias corruptioni reſiſtentes obtineant; maximè nociva eſſe poſſunt; *ſi nimirum ſumentis*

cor-

corpus impurum ſit ſecundum vaſa multòq; magis ſecundum ventriculum: hinc evenit, ut impura tantò magis lædantur, qvanto magis nutriuntur, ex 2. aph. 10. Quemadmodum enim illa in corpore mundo ab innato calore ſuperata in ſubſtantiam noſtram tranſeunt: ſic etiam â cacochymià obtenta in vitioſum ſuccum degenerant; ſi præterea talia alimenta aliis tardè coctibilibus miſceantur. Nam poſtqvam brevi tempore cocta ſunt, ſi diutius in ventriculo cum tardius concoqvendis retineantur, neceſſariò corrumpuntur, & alia ſecum ducunt ad corruptelam: quibus ita conſtitutis, ſi alimenta etiam tenuiſſima & facillimè coctibilia

ia corrumpantur, quid fiet, ſi varia ſimul; craſſa, humida nimis, frigida, calida, dura, acetoſa, perfumata, ſalſa, amara, pinguia, frixa, aſſa, elixa, prava, viſcida, evaporantia &c. & qvæ difficilis ſunt concoctionis ſine delectu, & in copia, etiam ad regurgitationem ingerantur? Maximè ſi ſtudium, lectio, cogitatio, aut quivis animi aut corporis excellentior motus, qvo ſpiritus â cibo aſſumto coqvendo avocantur, ſeqvatur: de quo *Gal. l. de cibis boni & mali ſucci cap. 3. Avicennas lib. 1. doct. 2. fen. 3 de regim. communi c. 7 Alb. Magnus de ſecret. mulier. & viror.* Si denique alimentum aſſumitur, quando prius acceptum adhuc concoctum

ctum non eſt: nam *Avicennas ibidem primo canonum fen. 3. cap. 7. nihil deterius eſſe* ait, *quam diverſa nutrientia ſimul adjungere, & cibi ſumendi tempus prorogare, nec cum ſumpſeris poſtremum, primus jam incipiat concoqui cibus.* Optimum igitur eſt, juxta *Hipp. lib. 6. de morbis popular, ſect. 4.* non ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad labores. Inter cauſas externas recenſetur, & ſomnus cum vigiliis, quem exceſſivum malum eſſe teſtatur *Hipp. 2. aph. 3.* quo calor corporis hebetior, redditur, & ſomniculoſus: teſte *Principe Medicorum 2. cant. 38.* ſequitur animæ torpor: hinc humoribus crudis cumulatis coacervatur pituita, quæ, teſte *Haly Abbate, lib. 1. theoric. ſerm. 1.*

c. 25

r.25. eſt crudus, & incoctus ſanguis, qui ad articulos delatus multò minus digeritur, & concoquitur: quare ibi ſtagnans, aut frigidiore qualitate eos inficiens magis debiles, & ad morboſum ſtatum diſpoſitos redigit, præcipuè ſomnus pomeridianus, ex ſent. *Hipp. 2. prog* 11. ſic teſtatur etiam *Avicennas 3. primi doctrina 2. cap. 9. & 7.* ubi dicit *in die dormire malum eſt: generat enim morbos humidos, catarrhos, rheumatiſmos, & corrumpit calorem*, (aliqui expoſitores habent *colorem*) *gravat ſplenem, laſſat nervos, generat pigritiam, debilitat deſiderium, & cauſat apoſtemata, & febres &c.* & deinde pergit: *& quidem ob eam cauſam, quod non ſufficit tempus, in quo dormitus*

mitur ad perfectam coctionem, ſed interrumpitur, & natura ſtupida, & quaſi perterrita redditur, dum retrahitur ab eo, in qvo erat occupata; unde juxta *Paulum Æginet. l.1. c. 97.* ructus, murmura, flatus in corpore generantur, juxta quem *nocturno ſomno haud alius melior eſt:* ſiquidem nox ſuapte natura, tum humore, tum tranqvillitate ſomnum alliciens concoctionem perfectam efficit: unde *Averroës in comment. cantic.* aſſerit; tempus matutinæ refectionis eſſe totum tempus vigiliarum; & tempus ſerotinum eſſe totum tempus ſomni. 2. *Canticor.* 41. ſic quoqve *Cornelius Celſus l.1.* nocte dormiendum, die verò vigilandum ſuadet. Nec objicies

Avi-

Avicennam 2. Cant. 41. ita dicentem: *poſt cibum eſſe dormiendum immediatè accumbendo, donec ad locum digeſtionis pervenerit cibus aſſumptus*: nam planè contrarium invenitur in textu illo ab *Andrea Beluenſi* fidiſſimo lingvæ Arabicæ interprete recognito, utpotè qui *non eſſe quoq; poſt cibum, & comeſtionem dormiendum* habet. Nec quisquam ſibi perſuadeat, *Avicen.* in tantam contradictionem incidiſſe, qui *lib. 1. fen. 3. doctrin. 2. cap. 7. non illico poſt comeſtionem dormiendum eſſe* præcipit: nam *Jacob. de partibus in comm. eodem* illud in canticis Avicen. dictum conditionatum, hoc verò abſolutum eſſe interpretatur: hinc etiam ex doctrina *Averrois* hæc ſen-

tentia

tentia explicari poteſt, nempe ſi nox præceſſerit in ſomnis, laborioſa, aut ſiccus corporis habitus humectationem petat, accumbendo nobis dormitandum eſſe; qvod paſſim in Italia aliisqve locis calidioribus fieri videmus. Nec minùs malè corporibus per vigilias immoderatas evenit, quibus materia, vel in articulis hærens humidior ſiccatur, & craſſior magis condenſatur; vel in corpore ſtagnans calefit & funditur, inque articulos debiles ruit. Somno & vigiliis congeneres ferè virtutes obtinent motus, & quies, referunturqve vigiliæ ad motum naturalem, vi cujus (loqvor de immodico) ſangvis ex interioribus rapitur

& in

& in exteriores partes irruens eas debilitat, & fluxioni recipiendæ magis idoneas reddit, præcipue ſi ſit violentus poſt cibum, quo crudi humores in viſcera, & habitum corporis deducuntur, cum cibus prius diſtribuatur, quam ſit debitè concoctus; aut *poſt magnam quietem ex Aëtio ſer.* 12. tunc enim ſuperveniente exercitio violento funduntur, calefiunt, attenuantur & ad partes debiles detruduntur humores coacervati, & intùs detenti â præcedente quiete, quæ tanquam otium, & vita ſedentaria plurimum quoqve poteſt, ex *Gal.* 2. *de ſanit. tuenda cap.* 2. & 3. quare *homo edens ſanus eſſe non poteſt, niſi laboret;* patet ex *Hipp. l.* 2. *de ſalubri*

lubri diæta, probat *Celſus l.*1.*c.*1. & 2. & *Ariſtot*. 1.*problemat*. 47. ſic athletæ inter Heſperidum delitias turpi otio contabeſcunt: quietum, & carcere ſuo damnatum mucronem rubigo devorat: ſtagnantes undæ mephitim halant; tinearum exercitus torpenti otio inſidentes paginis heroum umbras invadunt; nihil demum eſt, cui fatale otium longioris ævi ſpatia non ſubtrahit. Quæ neceſſario nobis adveniunt, ſunt etiam excreta, & retenta: ſi enim excernenda retineantur, aut retinenda excernantur; tota humani corporis œconomia perturbatur, fiuntq; excrementa in corpore diutiùs retenta miaſmata omnis corruptio-

ptionis, excitando flatus, caput vaporibus implendo: unde catarrhi ſublimantur, variæque fluxiones generantur. Hinc magnum mulieri adverſus omnes morbos eſt præſidium menſtruorum legitima excretio, qvæ efficit, ut mulier minus laboret podagra, qvam vir: teſte *Hipp. 6. aph. 29.* licet ſæpius etiam, anteqvam menſes naturaliter deficiant, eâdem affligatur; cum nempe converſa ſit mulierum vita ad luxum, & varios rerum non naturalium exceſſus. Sic ſcribit *Seneca lib. 1. epiſt. 95. Quid alios referam innumerabiles morbos, ſupplicia luxuriæ? Immunes erant ab iſtis malis, quod nondum ſe delitiis ſolverant; qui ſibi imperabant, ſibi mini-*

miniſtrabant; corpora opere ac vero labore durabant, aut curſu defatigati, aut venatu, aut tellure verſata; excipiebat illos cibus, qui niſi eſurientibus placere non poterat: itaq; nihil opus erat tam magna Medicorum ſupellectile, nec tot ferramentis atq; pyxidibus: ſimplex erat ex ſimplici cauſa valetudo; multos morbos multa fercula fecerunt. Vide quantum rerum per unam gulam tranſiturarum permiſceat luxuria terrarumq; mariſq; vaſtatrix. Neceſſe eſt itaq; inter ſe tam diverſa diſſideant, & hauſta male digerantur, aliis alio nitentibus. Nec mirum, quod inconſtans variusq; ex diſcordi cibo morbus eſt, & illa ex contrariis naturæ partibus in eundem compulſa redundant. Inde tam nullo ægrotamus genere, quam vivi,

vimus: *Maximus ille Medicorum*
'*hujus ſcientiæ conditor fœminis*
c capillos defluere dixit, nec pedes
borare; atq; etiam capillis deſti-
untur, & pedibus ægræ ſunt. Non
utata fœminarum natura, ſed
ta eſt. Nam cum virorum licen-
am æquaverint, corporum quoq;
rilium vitia æquaverunt. Non
inus pervigilant, non minus po-
nt, & oleo & mero viros provo-
nt. Æque invitis ingeſta viſceri-
s per os reddunt, & vinum omne
mitu remetiuntur: æque nivem
dunt, ſolatium ſtomachi æſtuantis;
idine verò nec maribus quidem
dunt, pati natæ. Dii illas Deæq;
alè perdant: adeo perverſum
mmentæ genus impudicitiæ, viros
eunt. Quid ergò mirandum eſt,
aximum Medicorum & naturæ
ritiſſimum in mendacio prebendi;

cum tot fœminæ podagricæ calvæq; ſint? Beneficium ſexûs ſui vitiis perdiderunt; & qvia fœminam exuerunt, damnatæ ſunt morbis virilibus. Et alia quæcunq; cauſa, quâ menſes ſubſiſtunt, occurrere poteſt: ut *Hipp.6.Epid.ſect. 8.Text.55.de Phaëtuſa Pythii conjuge, & de Namyſia Gorgippi conjuge* ſcribit. Nam qvis dicet, fœminas hoc ſæculo tàm perverſè, ut *Seneca* notat, vivere? Et cum in Eunuchis atqve pueris omnes arthritidis cauſæ convenire poſſunt; præter coitum, videtur *Hipp* maximam generationis podagræ partem Veneri exceſſivæ referre *ex Gal. Comt.6.aph.28 & Ariſt. 4. problemat.* quæ inter excreta, & retenta etiam numeratur. Et ſanè

ſanè cum ſit ſocia Bacchi, juxta antiqvos illos verſus:

Solvilumba Venere ſolvilumboqve Baccho
Creata eſt ſolvi lumba chiragra.

ſive immodica fuerit, ſive intempeſtiva, erit & arthritidis genetrix ex ſententia *Gal. com. 6. Epid. 30. & Aetii ſer. 12. c. 1. & 20.* quia & totius corporis prava diſpoſitio inducitur, teſte *Conciliatore diff. ra 123. cum Almanſore tract. cap. 15.* & ventriculi vires per eam ſummè dejiciuntur: teſte *Gal. in Commentariis l. Hipp. de morbis vulgaribus comm. n. 12. Avicenna 13. tertii variis in locis*, & magnam ſpiritus vitalis, ac ſeminalis materiæ, qua nervi nutriuntur, partem ſubtrahit, ut *Gal. de ſpermate*: unde nervoſæ partes alimento deſti-

tutæ reſiccantur & debilitantur, ut facilè recipiant fluxiones humorum: & ſi voluptas per ſe nervoſorum corporum robur, & firmitatem diſſolvit ex *Ariſt.4.problematum.* Multo magis id accidet, ſi cum vehementi motn perficiatur, & ob id membra affecta longè imbecilliora fient, & promptius atqve expeditius confluentia excrementa ſuſcipient; Adde quod â crebra Venere, juxta *Hipp.l.de natura pueri*, venæ redduntur ampliores, quæ tranſitum viſcoſis, & craſſis humoribus ad partem imbecilliorem facilitant, idq; ratione motus & agitationis corporis, quo motu calor excitatur, qui meatus aperit, humoremq; ſuper abundantem ad partes imbecilles

es fluere facit. Sic etiam ii ſæpè in arthritidem incidere ſolent, quibus antiqva tibiarum ulcera aut fiſtulæ ani conſolidantur, ex *Sennert. Tom. 1. med. practicæ tractat. de arthrit. cap. 2.* Quantas demum metamorphoſes in nobis excitent animi pathemata, patet ex ſolo amore; vi cujus jam in intenſiſſimo algore vireſcimus, & floremus; & ecce momento citius cum frigida Salamandra in igne vivimus. Conſule *Ovidium de Arte amandi cum remediis amoris*, cujus naturam nullus hactenus â priori cognoſcere potuit; ex effectu aliqvomodo declarari poteſt, qvod *ille ex ſe ſolo per ſe ſolum, in ſe ſolum revolvendo ſe ſolum de ſe ſolo compleat; ſe ſolum per ſe ſolum vivificet; ſe ſolum in-*

in ſe ſolo contineat. Nam amor amoris ſemen eſt: qvo plus ſatori de manu excidit, plus meſſori cadit in falcem. Amor fomes eſt amoris excuſſam in ſe flammam reddit cum fœnore: amor ſpeculum eſt amoris incidentes in ſe radios caloremq; reflectit: amor ulna eſt amoris, ad illius iſte menſuram extenditur amor pabulum eſt amoris, creſcent illo iſte capit augmentum: amor echo eſt amoris, etiam corda ſaxea ab amante invitata clamore, reſpondent amore. Sed hæc ad alios Medicis hoc patet ex ſola tranquillitate, optimo ad longinqvam ſanitatem remedio Nam gaudium, odium, mœſtitia, ſollicitudo, metus, invidia avaritia, qvæ qvidem omnia affectus animæ ab Authoribus rectè dicuntur, iis, cum quis ſe

in

intemperantiùs extulerit, in perniicioſos corporis motus convertuntur. Hinc *Gal. 1. de tuenda ſanitate* dixit; *oportere Medicum, qui ſanitati Mortalium ſtudet, pro virili operam dare, ne mores animi corrumpantur, quibus aditus ægritudinibus corporis pateat. Et libro artis medicinalis, omnes animi immoderatos affectus à naturali gradu corpus dejicere;* & aliàs: *omnes animi motus corpus humanum exſiccare* aſſerit. Sic in timore infrigidari exteriora, ad cor contrahi calorem, ſpiritus reportari, virtutem naturalem turbari, debilitates cauſari, & ſummoperè totum corpus lædi teſtantur *Ariſtot. in problematibus ſect. 27. Gal. comm. de humorib. 1. n. 1. & comm. 2. n. 32. de cauſis pulſuum lib. 4. cap. 5. de arte*

curativa ad Glauconem lib.1.cap.1 *Avicen.1.Cantic. n.* 7. at mœr caufa corruptio digeſtioni ſecundum *Avicen. 3.tertii*, exit oſior eſt, ex quo complures bi mortem intuliſſe teſtantur hiſtorici: & multum gaudiu quoqve perniciofum eſt, cum ex eo ventriculi cordis ſangv ne evacuentur, teſte *Principe primi*; ſubitò qvoqve maxim pingves interficere confirma *Averroës ſuper cantica loco ante ci tato n.* 158. & cum illo monu menta litterarum, imprimi Romani Annales. Nam *Titu Livius decade 3. lib. 2.* poſt illam Cannenſem cladem memo randam, mulierculas duas, qui bus falſo nuntiata filiorũ mor fuerat ſtatim, ſoſpitibus iiſden viſis, lætitiâ exſpiraſſe, memo

ri

riâ prodidit. Idem habet *Hali Abbas 5. Theoriæ cap. 38. de Hamete. Et Gal. lib. de Sympt. cauſ. cap. 5.* ex ira nullum unqvam mortuum fuiſſe; ex gaudio autem quamplurimos puſillanimes aſſerit. Invidiæ tanta fœditas eſt, ut plané livida appelletur communi adagio. Nolo de illa ſollicitare Authores: effectus illius palpabiles ſunt, & videmus bonos veré homines ab invidia omnino abſtinere, & impermutabiles in ſuaviſſima tranqvillitate permanere: perturbatio enim animi eſt, *motus qvidam, qvo ſpiritus hinc, & inde agitantur, quibus ab initio motus accenſis naturalis humiditas conſumitur, & deinde tandem diſſipatis debilitatur calor, & concoctio cruditatesq; cumulantur*; præcipuê in

 fu-

furore, & ira, quæ teſte *Ariſtote-le 27. problematum 3. eſt accenſ. ſangvinis circa cor.* Qvin etiam *Cicero libr. 3. Tuſculanarum quæſtionum*, idem ex Authoritate *Homeri* videtur in hiſce verſibus contentum traduxiſſe.

Corq; meum penitus turgeſcit triſtibus iris,
Cum decore, atq; animi me orbatum laude recordor.

Gal. etiam *lib. 1. de differentiis febrium cap. 3.* Ira eſt *æſtuatio qvædam, & motus vehementior virtutis ad iraſcendum pronæ, qvæ cordi inſidet, dum caleſcit ipſius ſubſtantia:* & in *ſecundo qvoq; de cauſ. pulſ. cap. 1.* ira eſt *fervor caloris in corde propter motum animæ:* & alibi; iram *eſſe magnum & fortiſſimum motum, & propterea valdè corpus perturbare, & permutare à*

valu-

naturali conſiſtentia, aſſerit; idem invenitur apud *Hali Abb*.5.*Theorica l. c.* ad quam tamen ferè omnes arthritici propenſi ſunt, teſtante *Cælio Aureliano lib. tardar. Paſſion*. 5.*cap*.2. qvæ ſpiritus, & humores, ceu ventus mare, commovet, & agitat. Nam, ſecundum *Valerium Maximum l*.9 *cap*.3.*ſuorum Memorabilium, ira in pectoribus humanis magnos fluctus excitat*, qvibus ſpiritus, & ſangvis ê corde in exteriora ſumma cum violentia attrahuntur, relictis viſceribus concoctioni dicatis; cujus rei argumento eſt, quod irati tremores artuum patiantur. Quapropter animæ affectibus temperandum, teſte *Principe tertia, primi doctr*. 1.*capit*.4. ſic dicente; *in temperamento morum cuſtodia ſanita*

nitatis animæ, & corporis ſimul conſiſtit. Credamus igitur *Ciceroni*, qvi *modum omnium rerum optimum* eſſe cenſet. His accedunt inſuper medicationes pernicioſæ, percuſſio, concuſſio, caſus, fractura, ictus, luxatio, geſtatio calceamentorum pedes arctiùs conſtringentium, ligaturæ ſtrictiores ad genua, natatio item in aqva frigida, frigus intenſum, equitatio vehemens, & freqvens, balnea aquæ dulcis immoderata &c. ut *Gal.* 11 *meth. med. c.* 20. & hæc de caufis non naturalibus.

AR-

ARTICULUS IV.

De CAUSIS NATURALIBUS SIVE CAUSA INTERNA REMOTA ARTHRITIDIS.

INter naturales cauſas ab ipſamet natura ob ſingularem corporis conſtitutionem arthritidi generandæ habili eſt imprimis hæreditas, ubi patres vel avi arthritici per ſemen vitiatum poſteris vehementiorem inferunt partium debilitatem; ut *in libris de ſemine & comm. de natura human. â Galen.* ſcriptum eſt. *Excernitur namq́ enitate ſemen Hipp. teſte lib. de aëre. aqvis,*

aqvis, & locis, ab omnibus corpor[is] membris; à ſanis qvidem ſanum, & à morbidis morboſum; fitqve ut ex calvis calvi gignantur, e[x] cæſiis cæſii, & ut plurimum diſtortus diſtortum generet: quod ſemper complexionem retinet, & temperamentum partium unde manat: nam eo recidimus, unde naſcimur ut *Poëta* canit.

Qui viret in foliis, venit ex raditibus humor:
Sic patrum in natos abeunt cum ſemine morbi.

Poëta dixit *mores.* Adde, qvod ob ſeminis adſcititiam imperfectionem filii ſemper parentibus ſuis ſint imbecilliores: *parentum enim infelicitas hæreditas eſt filiorum*; ut *Poëta Lyricus* canit.

Æta

Ætas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores, mox daturas
Progeniem vitioſiorem.

Et *Virgilius* ipſe:

- - - - - Sic omnia fatis
In pejus ruere, & retro collapſa referri.

Quod ipſum teſtantur *Avicennas lib. 1. ſen 2. doctr. 1. in fine capitis octavi, & Aetius ſer. 12. cap. 7.* Deinde eſt temperamentum, præſertim frigidum & humidum fluxionibus maximè obnoxium, quod plus appetit, quam digerere poteſt: hinc relictæ cruditates ſtagnantes, quæ non evacuentur, ad exteriora amandantur, & â partibus debilioribus recipiuntur. item & ætas tum conſiſtens, tum declinans, cui motus inſtrumenta jam refrigerari inci-

cipi-

cipiunt, & qvidem maximè ſe-
nes, ſicut & alii â morbis chro-
nicis convaleſcentes ad arthri-
tidem paratiores ſunt, ſi male
regantur propter errorem
concoctricis Facultatis. Ubi
namqve propter virtutis debi-
litatem non roboratam multi
humores nocivi cumulantur
nec debito modo, aut tempore
expurgantur, teſte *Aetio ſerm.* 12
cap. 7. *& Gal. com.* 4. *aph.* 45. fit
morborum cauſarumq; mor-
bificarum ex locis interioribus
ac nobilioribus ad articulos ve-
luti partes ignobiles metaſtaſis
quam ſanè frequentiſſimam
eſſe multiplici experimento
conſtat. *Ut enim in ardentibus
febribus ſæpe hydrops, in phrenitide
lethargus, in apoplexia paralyſis, in
febrium intermittentium fine, bile*

flava

flava in ſpinam dorſi, & nervorum originem effuſa paralyſis ſupervenit: ita natura ſuis viribus uſa, maxime in hæmorrhoidum conſvetarum, aut menſtruæ purgationis ſuppreſſione, colica, dyſenteria, & febribus maximè chronicis humorem peccantem, quem omnimodè evincere, aut expellere non poteſt, ad oſſium meditullium, ad extremitates artuum transmittere ſolet: ut notant *Hipp. 4. aph. 44. & lib. 6. de morbis popularibus ſect. 4. in principio Avicennas l. 3. fen 16. tract. 3. cap. 6. & fen. 22. tr. 2. cap. 5. Paulus lib. 3. cap. 43. Savonarola tr. 6. c. 22. §. de cauſis dolor junctur. Hieronymus Gabucinus comm. de podagra. Victor Trincavell l. 12. de ratione curandi humani corporis affectus capite primo. Cornelius*

Cel-

Celſus lib 4 medicin. c. 22. confirmans, *qvod fere poſt longos morbos vis peſtifera huc ſe inclinat; quæ ut alias partes liberat, ſic hanc ipſam quoq; affectam prehendit. Et de ſe ipſo teſtatur Averroës l. 7. colliget c. 31.* Pueri autem podagra non tentantur ante Veneris uſum, *Hipp. ap. 30. ſect. 6.* niſi fortaſſis eam â parentibus contraxerint; & tamen *Hollerius in comt. 6. aph. 30. Paſchalius meth. med. l. 1. c. 16.* & alii plures, etiam natos tantum 10. annorum ea laboraſſe teſtantur. Multi cauſam referunt in id, qvod cœlum hoc noſtrum diverſum ſit à Coo; ego tam in perverſam educationem, quam in maleſanam vivendi luxuriandiq; conſuetudinem cauſam arthritidis puerorum refero. Nam, ut

Gordo

Gordonius in Lilio medicinæ ait *part. 7. c. 19 Juvenes autem & non caſtrati ſunt fortes & calidi, & acquirunt ſuperfluitates ratione mali regiminis; & imo dicebat Galenus ſuper illum aph. Eunuchi &c. filii hujus temporis vivunt in ſuavitate, luxuria & guloſitate & imo fiunt podagrici; ſemen enim coinquinatum eſt culpa Parentum.* Et ob id, licet ſexus virilis potiùs, quam muliebris huic morbo obnoxius eſſet beneficio menſtruorum, *Hipp. 6. aph. 29.* vix non plures fœminas, quam viros ea laborare videmus. Sic etiam Eunuchi *Hipp. 6. aph. 28.* mendacem redderent, niſi hoc noſtro ſæculo magis, qvam illius ætate otio, luxui, inexplebili edacitati, & intemperato vini generoſioris, & potentio-

ris

ris uſui eſſent addicti. *Hodie inqvit Gordonius in ſuo Lilio Medicinæ particul.7.c.19.ſummatim aliter vadit negotium, quia & Eunuchi, & mulieres & omnis ſexus & omnis ætas propter malum regimen Podagrizant, ex Nicol. ſer.7. tract.2. c.3. Alzabaravio practica tract.28. c. 3. & Savonarola.*

ARTICULUS V.

De CAUSA INTERNA PROXIMIORE ARTHRITIDIS.

EX his cauſis deducitur alia qvædam proximior perverſa nempè omnium viſcerum antipraxia, ubi ve

vel ventriculi facultas â ſuo munere deficit; ſi aut langvidus alimentum ſemicoctum relinqvat; vel extraneo calore adveniente id corrumpat, & alieniſſima qualitate inficiat. Nam ex ventriculi calore imminuto varia ſeqvuntur in alimentorum digeſtione vitia, variæq; cruditatis ſortes, quæ nitroſæ, fumoſæ, uſtæ, & omnigenæ ſunt naturæ, oriuntur: ſi ejus temperamentum ſit juſto calidius, & ſiccius, coctionis loco urit, & corrumpit alimentum, ut æruginem, & aduſtionem redoleat; frigidius, & humidius in pituitam, crudos ſuccos, & acidorum recrementorum formam transmutat; vel hepar intemperie aliqva afficitur: calida enim

illi-

illius intemperies, ſuccum biliosſum; ſicca melancholicum atrabilarium; frigida pituitoſum, & crudum accumulare apta eſt, qui deinde medianti. bus vaſis univerſum corpus inficiunt, rarius nuda qualitate, freqventius cum redundantia alicujus humoris, qvem vel jecur generavit, vel ab aliis non ſegregavit. Si enim ventriculus pravè conficiat alimentum, jecur intemperatum, illud alimentum in corde chylificatum debitè perluſtrare, & transcribrare non poteſt: hinc quoqve obſtructio venarum meſeraicarum aut veſiculæ fellis; hinc obſtructus, & imbecillis lien, unde ſeroſum illud, & aqvoſum, fæculentum, limoſum, terreum, & craſſum non re-

repurgatur; qvia lien aquam, illam, quam *Hipp l. 4. de morbis* melancholiam nuncupat, & ichora; de qvo *Anatius Fœſius in vocabulo ὕδρωψ*, non attrahere poteſt. Unde *Ariſtoteles in ſuis Problematibus* lienoſorum ſanguinem *aqvoſum, & dilutum* dicit, & *Gal. in Hipp. de morb. popul. comm. 6.* inqvit; *ichoroſum ſanguinem in pavidis eſſe*, hoc eſt in melancholicis, cujus ſeroſi recrementi redundantiam oſtendit copioſa melancholicorum ſaliva, & copioſiſſimi quartanariorum ſudores; adeoqve non malè ſangvis melancholicus vitioſo lacti comparatur, qvod in caſeum, & ſerum ferè totum reſolvitur, boni, ac utilis lactis nihil habens. Si igitur lien â ſuo ſtatu naturali

receſſerit, & talis ſuccus non probè, aut tempeſtivè expurgetur, præter alia graviſſima incommoda arthritis quoqve oboriri poteſt, teſte eodem *Galeno & Hipp. loc. cit.* vel ſi caput ex *Gal. l. 6. de ſanitate tuenda cap 12 aut tam langvidum, ut retinere cogatur, id, qvo abundat, & ſic mille modis laborabit; aut tam robuſtum fuerit, ut id, quo infarctum eſt, transmittat ad alias partes qvod Hipp. l. de glandulis* hiſce inſinuare videtur: *Caput ſitum eſt ſupra, ſurſum cavum, ac rotundum exiſtens & humiditatem ex reliqvo corpore complectens, & corpus ſimul vapores omnis generis ſurſum in caput dimittit: non enim immorari, ac manere poteſt id, qvod influit, non habens ubi ſedem firmet niſi ſanè caput ægrotet: tunc enim*

non

m remittit, ſed iſtbic retinet; nam *m humorum multitudo*, inqvit *etius ſer. 12. cap. 7. in corpore con-ſta hominem moleſtia inficit; u-imqvodq́ qvidem membrum, qvod imùm affectionem percepit, affli-ntem humorem à ſe repellit; qvem um ſuſcipit aliqvod ex vicinis ac bjectis membris: itaq́ cum forti-a membra eum depellant, & im-cilliora ſuſcipiant, id adeo citra ermiſſionem contingit, donec id, od propellitur, ad omnium debi-imum membrum devenerit, & in permanſerit*; & cum, teſte *ſo, nullum membrum vacet peri- talis à capite fluxionis*; hinc am dolores articulares ori-tur, ſive nunc hanc fluxio-n per ſumma corporis ſub e decurrere cum *Fernelio* di-is: ſive ſecundum nervo-

F rum

rum ductum deſcendere cu
Platero aſſerueris ; ſive pe
membranas tendinum deſe
cum *Mercato* putaveris ; ſ
per venas, & arterias add
mecum cenſueris, parum
tereſt ; ruit deniqve & quid
ſatis copioſè, & violentè :
tum enim corpus per-
ſpirabile eſt.

ARTICULUS VI.

De
PROXIMA & VERA CAUSA ARTHRITIDIS.

EX cauſa itaqve ante narrata, ex viſcerum ante dictorum antipraxia oritur andem vera cauſa, non ſolus quoſus & ſeroſus humor cum *iſone*; nec ſolus pituitoſus, frigidus, & craſſus cum *Fernelio*; ed *heterogeneus quidam, phlegma-*, *& bile perfuſus humor, qvi in viſceribus cumulatus, & inde in totam ingvineam maſſam transfuſus, & d artuum usq; extremitates impe-, & calore arterioſi ſangvinis peetrat.* Qvod idem *Hipp. inſinuat l. de natura humana, & Gal. in*

comm. & 8. *de placidis*, & *Hipp.* *bro de affectionibus*, ubi inqvit *Fit coxendicum morbus, cum bi* & *pituita in ſanguifluam venam incubuerint; aut ex alio morbo, aliter qvantumcunq; ſangvinis pituitæ* & *bile compactum ægrota* Et mox: *Articularis morbus à b fit* & *pituita, cum commota in ar culos incubuerint.* Ibidem de podagra, loqvens: *Morbus*, i qvit, *hic eſt ſangvinis in venul bile,* & *pituita corrupti: qvan autem in tenuioribus fuerit venu* & *in plurima corporis neceſſitat conſtitutis,* & *in nervis ac oſſib multis, ac denſis; tanto ſanè dur bilior eſt morbus,* & *qvi ægerri depelli poteſt.* Conſentiunt e dem *Gal. l.* 1. *de compoſ. medic. loca um c.* 2. *Oribaſius l.* 9. *c.* 58. *Paulus c.* 78. *Rhaſes tract. de ægritud. ju*

ur. c. 1. Aetius ſerm. 12. c. 14. Avi-nnas l. 3. Canon. fen. 22. tract. 2. 5. qui idem humor ſangui-eus, non ille ſincerus, & pu-us; ſed pituita, bile, vel me-ncholia permixtus, & tantum copter colorem ſub fluxione a dictus, qui in tophos muta-is deinde albicat; maxime ero pituitoſus cum bilioſo plus minus pro natura ægri, aria corporis conſtitutione, loris naturalis vigore, ætatis, ris, anni temporis, & inge-orum ratione, jam tenuior, el craſſior; calidior, vel fri-idior; ſimplicior vel magis ixtus, parcior, vel copioſior: e qvibus omnibus *Mercatus m. 1. p. 3. de humoribus à qv. 59. ad 2. 95. & tom. 3. l. 4. de morborum ternorum curatione c. 18.*) non tan-

tantum nec digeri ob defectur
caloris; nec repercuti ob in-
eptitudinem motus retrogra-
di; nec conſumi, aut ſuppura-
ri poteſt ob indiſpoſitionem
materiæ, qvin aut plus attraha-
tur, aut malum, & dolor au-
geatur; ſed etiam articulis in-
ſuper, veluti humor plicæ cau-
ſa pilis, & extremæ cuti, uti te-
ſtatur *Hercules Saxonia libro de
plica Polonica c. 28.* peculiarite
infeſtus eſt, qvod videtur ſen-
tire *Hip. l. de veteri med.* dum in-
qvit: *Non ſiccum, neq; humidum
neq; calidum, neq; frigidum, neque
aliud qvidqvam ex his putaverun
primi inventores hominem lædere,
neq; aliqvo horum homini opus eſſe
opinati ſunt; ſed qvod in unoqvoq
forte, & humana natura potentiu
eſt, qvodq; non poſſit ſuperare, ho
ipſum*

*um lædere duxerunt, & hoc au-
rre qvæſiverunt: fortiſſimum
tem eſt inter dulcia dulciſſimum,
ter amara amariſſimum, inter a-
da acidiſſimum & in omnibus adeò
bur, vigor ipſe ac ſummum. Hæc
im & in homine ineſſe viderunt,
hominem lædere: ineſt enim in
mine, & amarum & ſalſum &
ulce, & acidum, & acerbum, &
uidum, & alia infinita omnigenas
acultates habentia, copiamqve
e robur, atq; hæc qvidem juxta, ac
nter ſe temperata, neq; conſpicua
unt, neq; hominem lædunt: ubi ve-
ò qvid horum ſecretum fuerit, atq;
pſum in ſeipſo fuerit, tunc eſt conſpi-
uum, & hominem lædit; qvin &
x cibis qvicunq; nobis incommodi
unt, & ingeſti hominem lædunt, ho-
um unusqvisq; aut amarus eſt, &
meracus, ac intemperatus; aut ſal-*

 ſus,

ſus, aut acidus, aut alius qvis in temperatus, & fortis, & propterea turbamur ab ipſis. Hic eſt ille humor, qui in prima corporis regione, ceu in arce ſua inhabitans omnes fermè corporis partes affligit, totamq; corporis œconomiam perturbat, in hiſce locis ſtagnans hæc materia peccans frigida ſua aut naturæ noxia qualitate per totam corporis regionem continuos excitat dolores: eſt enim objectum, uti dictum, nervoſis partibus omninò contrarium, adeòq; ſtimulata natura expulſionem molitur, & ad extremitates amandat, ubiq; negotium faceſſit, nunc latera lancinat, nunc in hepate igneas faces accendit, nunc in liene extuberat, nunc tormentorum vim adhi-

adhibens multiplici rumore ima corporis concutit, & murmurationum, ac ventorum ſonitu, & turbine ea replet, horribilemqve Symptomatum fovet ſobolem. Dum enim caput impetit vaporibus, catarrhos movet, dum pulmones rruit, tuſſim excitat, dum in ramis venæ portæ, & arteriæ Cœliacæ circumverſatur in hepate, & liene generat obſtructiones, in qvibusdam partibus calorem nativum non ſecus ac viride lignum ignem obruit; in aliis ob prohibitam eventilationem, calorem generat præternaturalem; ab hoc humore frigido (plus minus) obruitur calor ſtomachi, utpote ad ejus ſubſtantiam, & venas per ramos venæ portæ delato; & hinc

hinc adulteratur prima conco-
ctio, calor jecoris haſce crudi-
tates intempeſtivè attrahit,
præcipuè ſi præcalidum, & hu-
mores iſtos crudos attractos
in craſſa qvædam phlegmata,
veram flatuum matricem con-
vertit, nec digerere poteſt: hinc
tot catarrhis, & defluxionibus;
tot ſputis, & eructationibus,
tot flatibus, etiam in minimas
venulas, membranarum du-
plicaturas, muſculorum inter-
ſtitia inſinuantibus miſerrimè
divexantur patientes, qvi calor
jecoris non ſecus ac ſolis nu-
bes attrahentis, & ſuſpenden-
tis humiditates iſtas crudas
colligit, nec ſegregat, quæ po-
ſtea cum circulato ſangvine,
tandem cerebri frigiditate,

con-

condenſantur in phlegma, aut aliud quid tale; & hinc natura ablegat, vel ad fauces, vel ad pectus, vel ad ſpinam dorſi, vel ad alia membra, unde arthritis.

ARTICULUS VII.

AN, & QUANDO LAC IN ARTHRITIDE CONVENIAT.

HÆc generatorum humorum ſeries â perverſa viſcerum antipraxia orta tam pertinacia ponit fundamenta, ut etiam generoſiſſima paſſim ab Excellentiſſimis & Expertiſſimis Authoribus

propoſita medicamenta profanentur. Hinc indicatur quoque pertinax cura, quæ intra octo, aut quindecim dies non abſolvitur: continuante enim fluxionis fomite, nec repellentia, nec revellentia, nec intercipientia, nec derivantia, nec evacuantia ſimpliciter, ſolum, & per ſe ſufficiunt; niſi pars mandans, ſimul & coadjuvans pravà qualitate affectæ alterentur & corroborentur, ne humores aliis deinde partibus ab ipſis communicaturi depraventur, & parti mandanti copia humorum radicitùs detrahatur, ne quod forſan ſuperfluum, aliò conjiciat; & nec alterantia, nec corroborantia ſolùm, & per ſe quicquam efficient, imò affectum deteriorabunt,

bunt, niſi habito reſpectu ad vias, maximè in earum obſtructione. Hinc exploditur illa cura, *transfuſio ſangvinis* nominata, qvam poſſibilem, & facilem reperi, & probavi unà cum *Excell. D. Doctore Ilmer in hac Univerſitate Inſtitutionum medicarum Profeſſore digniſſimo, & D. Doctore Wolffſtrigel Anatomiæ Profeſſore extraordinario*, quiqve transfuſionem iſtam ſummo cum plurimorum ſpectatorum applauſu in theatro anatomico exactiſſime demonſtrarunt aliqvoties (loqvor de transfuſione ſangvinis medica, non phyſica, quæ ab initio mundi fuit, & per generationem usq; in ejus finem continuabit) qva tanqvam Panacea unica, & ſola omnes affectus humani corporis

poris depellere conantur. Qvomodo quæſo, licet majore ſangvinis parte extracta, corroborabis; cum omnis corroboratio conſiſtat in adſtrictione, partem aliqvam infarctam viſcoſis humoribus & ab iisdem obſtructam? Qvomodo eam conſtringes ſine ſubſequutura majori læſione, qvæ dura & tumida eſt excrementis? Licet tamen eam prævia debita præparatione, atqve in quibusdam certis caſibus contra tantorum virorum experientias non omnimodè improbatam habere velim; iſtius enim transfuſionis fundamentum novum non eſt, licet modus operandi novus ſit; ut patet in *Marſilio Ficino de triplici vita, l. 2. c. 11.* cujus transfuſio mihi

nihi minus ſuſpecta videtur, qvam Neoterica, utpote (ad imitationem Tartarorum in bello defectu annonæ ſangvinem eqvorum, aut aliorum brutorum ſugentium, aut etiã tempore pacis, uti teſtatur *Boëmus lib. 2. c. 10.*) ſubiens concoctionem, & ex *volente adoleſcente*, non timido animali, ubi contra intentionem, & operantis, & patientis ſpiritus retrocedunt, proveniens. Sic qvoqve qvid juvat ex hydropico detrahere aqvam, ſi hepar, aut lienem, aut renes, aut uterum, aut aliam qvamvis partem mandantem cauſæ conſervatricem non aggrediaris? Qvid juvas, ſi ad articulum podagricum, & dolentem ex animalium ſtercoribus compoſita ca-

tapla-

taplaſmata,(qvam ſtercoratam curam cum exiguâ nominis ſui fama exercuit Repekius) emplaſtra, ungventa, fomenta, linimenta, olea, ſpiritus, aquas applicueris? Qvid juvas ſi omnia anodyna, ſtupefacientia, narcotica dolori tuo obtuleris? ſi etiam corpus vix non ad eliminationem animæ expurgaveris? ſi totius Mundi balneis induratos tuos articulos emollieris? ſi partem mandantem contrariis non alteraveris, id eſt, vitioſam tuam luxuriem virtuoſa diæta non compeſcueris. DEUM & Sanctos blasphemas, induſtrioſiſſimo tuo Medico detrahis, opera DEI, id eſt, medicinas præſtantiſſimas, qvibus adhuc alii boni viri â variis affectibus libe-

liberari poſſent, inutiliter perdis, nec his contentus tanqvam pondus, inutile terræ omnibus inſuper maledicis. His itaq; præſuppoſitis, & benè penſitatis, relictis unicuiqve prudentis Medici judicio particularibus pro hoc vel illo infirmo indicationibus:

Dico primò; *lac non eſt unicum, & ſolum remedium curativum Arthritidis.* Concluſio patet tam ex antecedentibus. qvam ex conſeqventibus adhuc probabitur. Probatur ſecundò ratione: impura corpora qvò magis nutries, eò magis lædes; ſed corpora arthritica ſunt ſummè impura, & lac eſt ſummè nutritivum: ergo ſolo uſu lactis magis lædentur. Major eſt *Hipp. 2. aph.* 10. minor præſupponi-

ponitur, qvia ratione impuritatum arthritide laborant, & de nutritione lactis eſt communis ſenſus, ut inferius qvoqve monſtrabitur; ideo enim hecticis, & ſummè extenuatis præſcribitur. Deinde ſeqveretur, eſſe medicamentum empiricum, & qvod cura lactis non eſſet dogmatica, qualis cura veræ methodo medendi & omnibus rationalibus medicis repugnat. Probatur tertio ab experientia, qvâ videmus, neminem ſolo & unico uſu lactis â podagra fuiſſe curatum.

Dico ſecundò: *Lac non ſemper, & omni Arthritidi convenit.* Probatur primò experientia, qua videmus non ſemper omnes arthriticos curari lactis

uſu

uſu. Sic tales peſſimè faciunt, qui absq; prævia corporis diſpoſitione non habito reſpectu ad vaſa aut viſcera vel conſvetudinem ſubitò, ſimul & ſemel ab uno extremo in aliud, â ſumma luxuria in extremam inediam ſe conferunt. Nam ſi aut ſtatus, aut ætas, aut vires, aut alia qvævis cauſa antiqvam illam conſvetudinem ſenſim mutare non admittat; certe lac taliter in arthritide aut parum, aut planè nihil proficiet. Imò multi paſſivâ ſuâ experientiâ nos id docuerunt, qvi ex præpropero lactis uſu in cachexiam, in hydropem, & tandem ad reqviem æternam pervenerunt; qvia tranſitus â duobus extremis factus eſt absq; medio, qvod natura perferre

non

non poteſt. Nam conſuetudo eſt altera natura, qvæ non cogi, ſed manuduci vult; & *qvæ à longo tempore conſveta ſunt, etſi deteriora ſint inſuetis, tamen minus moleſtare ſolent*; ex 2. aph. 50 nec aliter qvam ſucceſſivè permutari poſſunt; imo ſi juſſu *Gal. 2. de ratione victus c. 13.* conſvetudines in robuſtis & ſanis ſenſim amovendæ ſunt, qvid non multo magis in ægris, ſenibus, & debilibus hoc animadverti debebit? Qvare lac non ſemper, ſed præmeditatè convenire poteſt. Prob. ſecundò ratione: Tunc lac non convenit; quando non poteſt ſatisfacere indicationibus; ſed non ſemper, nec in omni arthritide lac poteſt ſatisfacere indicationibus; ergo non ſem-

ſemper, nec omni arthritidi lac convenit. Major eſt certa ex vera methodo medendi minor probatur. Tunc lac non poteſt ſatisfacere indicationibus, qvando ſunt indicationes ſe ultra activitatem lactis extendentes; ſed dantur aliqvando, & in qvadam arthritide indicationes, ſe ultra activitatem lactis extendentes: ergo tunc lac iis ſatisfacere non poteſt. Minor probatur: in quadam arthritide ſub fluxione humorum indicantur repellentia, revellentia, derivantia, intercipientia &c. humores impactos in parte recipiente conſumentia, diſcutientia, obſtructiones, qvæ pertinaciſſimæ, & freqventiſſimæ ſunt, reſerantia, & ſimilia: ſed lac (intùs ſum-

ſumptum) non repellit, non derivat, non intercipit, non revellit, humores fluxos in articulis non conſumit; nec diſcutit, qvin imo caſeoſitate ſua tophos magis augeret, ſi tunc temporis illuc penetrare poſſet, nec pertinaciſſimas illas obſtructiones reſerare valens eſt, qvin prius in corpore impuro corrumpatur. Ergo dantur aliqvando & in qvadam arthritide indicationes, ſe ultra activitatem lactis extendentes. Subſumo: Sed ejusmodi indicationibus lac tunc temporis ſatisfacere non poteſt: ergo in aliqva arthritide præſuppoſitis prædictis indicationibus lac inutiliter propinatur: ergo nec ſemper, nec omni arthritidi convenit. Prob. tertio Autho-

thoritate *Hipp. 3. aph. 6. Lac caput dolentibus, febricitantibus, ilia ſuſpenſa murmurantia habentibus, ſiticuloſis, in febribus acutis bilioſas dejectiones habentibus, & qvibus ſangvinis multi dejectio facta eſt, malum eſt*: ſed Podagrici aliquando de dolore capitis conqveruntur, febricitant, ilia ſuſpenſa murmurantia habent, ſitiunt, in febribus acutis bilioſa dejiciunt, multum ſangvinis quandoq; emittunt: ergo iis tunc lac concedendum non eſt.

Dico Tertiò: *Sicut lac non in omni arthritide convenit; ita nec qvæcunq; diæta lactea unicuiq; arthritico*: concluſio patet â paritate. Probatur etiam ratione: contra rationem enim eſt, hominem voracem, & pampha-

gum

gum ſtatim ad extremam reducere inediam, non habito reſpectu ad amplitudinem, & dilatationem vaſorum, conſvetudinem, locum, temperamentum, habitum corporis &c. ſicut viciſſim hominem ſobrium largiore diæta tractare. Nam ſicut non *nimio cibo repleri*; ita *nec nimia fame torqveri debet æger*; *teſte Hipp, 2. aph.4.* ſic aſſerente; *non ſatietas, non fames, neq; aliud quicqvam, qvod modum naturæ exceſſerit, bonum*: *Gal. qvoq;* adſtipulante, *libris de ſanitate tuenda*: *Duæ ſunt intentiones ſanativa diætæ, una ſcilicet repletio evacuatorum; altera verò evacuatio ſuperfluitatis.* Hinc ſi quis robore ſtomachi bis quotidie lac ſumere ſatis non habet, proportione tribus vicibus

li propinandum eſt. Qvapro-
ter magna cum diligentia at-
ndendum, *an major appetitus*
titerit, qvam pro viribus ſtomachi
ſſiciat; & tali qvidem adhuc fame-
nti cibum detrahendum eſſe atte-
atur *Matthiol. in ſuis comm.* Ter-
ò adſtipulatur qvoqve ocula-
s experientia, qua videmus,
unc taliter, iſtum aliter; il-
m lautiùs, alterum ſtrictiùs;
ium ſolo unico lacte tractari
bere, ut deſideratum effe-
um acqviramus.

Dico quartò: *Cum itaq; lac*
n ſit ſolum & unicum arthritidis
medium; neq; id ſemper, & omni
thritidi; nec unaqvaq; diæta la-
a unicuiq; arthritico conveniat;
ſvitur, qvod hæc diæta lactea fa-
s faciendis, & his vel illis impedi-
ntis remotis huic arthritico con-

 veniat.

veniat. Concluſio patet
prioribus, & ut veritas conc
ſionis magis eluceſcat, quæ
diætam lacteam debite, & fr
ctuosè inſtituendam prære
quiruntur, prius enar-
rabo.

ARTICULUS IIX

De

PRÆREQVISITIS AD D ÆTAM LACTEAM, D QVE EJUS GENERA-LI MODO U-TENDI.

UNum & maximum e
prærequiſitum ad har
diætam, ut omnimod

ſtı

ſtudio, labore, & induſtria viſcera interiora â pertinaciſſimis, ſi quæ ſint, obſtructionibus reſerentur. His enim exiſtentibus, & non reſeratis, impoſſibile eſt, hanc diætam proficuam fore; qvin imo in deteriorem ſtatum ruent miſeri infirmi: nam lac in obſtructionibus adhibere ſummè prohibet *Conciliator diff. 194. Aetius de re medica lib. 2. c. 90. Valleſius in lib. 3. epid. Hipp. ſect. 3. ægrot. 13. Paulus Ægineta in ſuis præceptis ſalutaribus c. 87.* & alii omnes, qvicunq; de lacte vel qvippiam ſcripſerunt: adeoqve prout ab hac vel illa cauſa obſtructiones dependent; ita hac vel illa methodo juxta indicationes Medici ordinarii oppugnandæ; & prout magis, vel minus con-

tumaces ſunt; ita longiore
aut breviorem curam deo
ſtruentem reqvirunt. Non
ſufficit aliqvando una, aut alt
ra Septimana: ſcio me cum
aliis, & hic & alibi Excellent
ſimis viris in reſerandis o
ſtructionibus ad annum, & u
tra ſtrenuè deſudaſſe, ſæpiu
interea lac propinantes ejus
tanſitum, & deſideratum eff
ctum ob putatam obſtructio
nem reſeratam tentantes; ſe
vix primam coctionem la
ſubire incepit, id corruptum
fuit, & in excluſione caſei de
novo laborare debuimus: tan
tum intereſt in reſerandis ob
ſtructionibus. Deinde ſu
cura obſtructionum ab omn
cibo heterogeneo citiùs, ve
tardiùs, prout ſunt obſtructio
ne:

s majores, vel minores, re-
ntiores, vel antiqviores; ſuc-
ſſivè abſtrahendum eſt: & ſi
ſtructiones reſeratæ putan-
r, ad lacticinia accedendum:
ſunt pultes, oryza in lacte
cta, amygdalata, hordeata,
neata, avenata &c. ut natura
ulatim lacti aſſuefiat. Nec
s re facit, ante aut etiam poſt
um lactis articulos illos no-
ſos & duros balneo aut ther-
is Badenſibus emollire & ad
aporationem aut conſum-
ionem eos magis idoneos
ddere; aut ſi patienti ob lo-
diſtantiam, vel aliam qvam-
s cauſam ad thermas illas ve-
endi facultas non daretur;
alneo illo artificiali *á Magnif. Excell. D. Paulo de Sorbait* inven-
& tradito uti quis poterit;

cujus ex ejusdem *tractatu pr.* *ctico M.S. c. 8.* hæc eſt genuina deſcriptio. ℞. calcis viva ſulphuris vivi apyreti ana ℔ aq. dulcis vel Danubianæ ℔ 3 præmiſsâ unicâ ebullitione extrahatur per noctem lixiv um; altero poſtea die fiat ba neum plenum cum aqva flu ente, ad cujus refrigerium lix vium factum decantetur, re manente in fundo pulvere; a ſic balneum factum eſt. in qv pro regula ordinaria balnear poteſt æger: his ſpeciebus (hu ic in ollæ fundo relicto pulv ri) denuò ſuperaffundatur aqva ex balneo, & calefacto re liquo pro refrigerio reaffun datur, atqve ita idem balneum qvater uſurpari poteſt ante ſpecierum renovationem.

qvo

od balneum naturali nec ad
gvem qvidem latum cedit;
vin imo ſecundùm indicatio-
s pro hoc vel illo infirmo au-
ri vel diminui poteſt; ſecus
altero, tantæq; virtutis eſt,
expertum nunqvam feſelle-
t; qvo tot paralytici iterum
movere potuerunt; tot
audi, ligati, & nodoſi ambula-
didicerunt; tot arenoſi, cal-
uloſi, & nephritici â ſuis malis
berati; tot hyſtericæ mulie-
es ſanatæ, & ut alia ſexcenta
xperimenta taceam, tot mor-
oſi ſanitati reſtituti fuerunt,
uibus alterum illud balneum
Badenſe aut ob defectum cu-
usdam indicationis non ſatis-
ecerat, aut ob alias cauſas illuc
niſeri afflicti venire non pote-
ant. Hinc in varias provin-

cias deportatus fuit, deportaturquè adhuc pulvis iſte cum tanto fructu & laudabili effectu, ut propter facillimam commoditatem eo utendi balneum hoc in exteris locis magis deprædicatum auditur, qvam Badenſe illud ante dicta mala curaſſe ſentitur, non tantùm œconomis commodiſſimum, utpotè apud familiam ſuam manentibus eodem tal aut meliori effectu ac altero Badenſi balneo utentibus; verum etiam in ſummam pauperum conſolationem, qvi aut ex inopia ibi ſe ſuſtentare, aut illuc proficiſci non poſſunt, miſericorditer planè exortum. E certè nunqvam in lucem prodiiſſet, niſi id innata manſveta benevolentia & miſericordia

inven-

nventoris in pauperes cordete-
ius effudiſſet: unde qvantæ
gratiæ *Authori huic & Inventori*
excellentiſſimo debeantur, uni-
cuiqve non tantum afflicto, ſed
& grato id judicare, easqve ſo-
lita & debitâ humanitate re-
pendere relinqvo. Et tandem
reſeratis obſtructionibus cura
lactis incipienda; ſi tranſitus
lactis non feliciter ſuccedat,
de novo reincipienda eſt cura
obſtructionum, humorum bi-
lioſorum, acidorum, aut alio-
rum impedimentorum: ſi be-
nè, continuanda; ita tamen,
ut indies doſin lactis augmen-
tando rèliqva alimenta deman-
tur ad proportionem usqve,
dum ſolo lacte tractandus eſt
æger, ſi opus fuerit; & ſi cura
tantum eſſet ad certum qvod-

dam tempus futura, in declinatione curæ ita denuò alimenta ſuggerantur homogenea cum lacte, ſicut doſis lactis decreſcit: & quæ alia particularia ſunt, ea Medici ordinarii judicio relinqvuntur. Si ab initio curæ lactis infletur ſtomachus, tendantur hypochondria, alvus indureſcat, accedat ſitis &c. ſignum eſt corrupti in corpore lactis, â quo illicò abſtinendum: ſi verò nulla ſentiretur incommoditas, nulla ſitis, excrementa eſſent liqvida, flava, aut flaveſcentia, ut ſunt excrementa puerorum ſolo lacte, & pulte paſtorum; ſignum eſt inculpatæ, & felicis curæ, qvæ, utpote reſeratis obſtructionibus, digeſtis cruditatibus, eliminatis omnibus pravis humoribus

præ-

præcipuè igneis partibus conſtantibus, quarum calor homogenea congregando, & per accidens heterogenea ſegregando lac coagulare, vitioſamqve qualitatem in corpore induere facit, continuanda, & perficienda eſt. Cujus Methodum, ſicut beneficio magni Patroni, poſtqvam varia de hac diæta, in arthritico inſtituenda conſilia hinc, & inde transmiſſa fuerint, accepi; ita & fideliſſimè ſecundum jus jurandum *Hipp.* eam trado in conſolationem, omnium hoc morbo afflictorum. Primum reſponſum, Praga venit, ab *Excell. & Clariſſ. Dominis, D. Jacobo Pobrezensky de nigro Ponte Philoſoph. & Med Doct. ejusdemq; ibidem Profeſſore extraordinario, & D Gregorio Franciſco*

Beceli, Philoſoph. & Med. Doct. Pragenſi hiſce formalibus.

Patientis ægrum valetudinis ſtatum ex transmiſſa nobis relatione conſiderantes, invenimus; eundem partim, aut â natura, aut ſtatim â primis cunabulis debilioribus viſceribus, & ad ſuſcipiendas faciliùs ex commiſſis primis vitæ erroribus morboſas impreſſiones præditum fuiſſe: unde, primis annis fluxiones catarrhales, & de liene qverimoniæ, partim in provectiori ætate, in rebus ſex non naturalibus tantos commiſiſſe errores, qvi ſufficientes eſſent, etiam â natura benè conſtitutas partes inficiendi, & totam œconomiam naturalem turbandi, & ad hunc præſentem ſtatum deducendi;

endi; partim deniqve adhuc
rrores in diæta committere,
qui non malis minuendis, ſed
otiùs augendis materiam
præbent; ut ſunt carnes porci-
næ, fumatæ, ſalſa & frigida co-
neſta, ex quibus inqvam con-
ideratis facilè arguimus, non
am ſolum ventriculum cum
rima concoctione; non jecur
cum maſſa ſangvinea; non
ienem aut pancreas cum ſuc-
co melancholico; non cere-
rum cum catarrhorum deflu-
xionibus; ſed omnia ſimul,
totum deniqve habitum cor-
poris ad ultimos usqve articu-
los in patientis perniciem con-
ſpiraſſe; & ſi ſingulorum iſto-
rum vitæ hoſtium, viſcerum
nempe non debitè ſua munia
obeuntium errores nobis me-
tho-

thodicè eſſent pertractandi, ſi illorum origo, progreſſus explicandus, chartas implere-mus cum ſpecioſo, & doctrinam noſtram qualemqualem proferente conamine, ſed & inutili patientis levamine, qui non verba, ſed auxilia expetere videtur: & qvia, quantum intelligimus, ad curandas tot implicatas affectiones patiens non ſolum univerſalibus, ſed & particularibus, & qvidem repetitis curis â doctiſſimis, & expertiſſimis Medicis præſcriptis uſus fuit, cum fruſtraneo tamen levamine; cumqve affectiones univerſum jam corpus occupent, videtur univerſale quoddam remedium reqviri variis pro diverſitate viſcerum indicationibus ſatisfaciens; qvod,

qvod, qvia in qvæſtione adhuc defacto eſt, an detur, aut dari poſſit; illud miſſum, utpote nobis hucusqve incognitum, facimus; de alio nobis ſermo eſto, qvod vices univerſalis quaſi obtinere videtur, quod paſſim in Gallia, Italia, Belgio, tot feliciter adminiſtratis curis decantatum hucusqve palmam tulit, quod aliàs tot decrepitos readolevit, tot emaciatos refecit, tot deniqve paucis ab hinc annis nodoſa arthritide laborantes, ejusdemqve milites veteranos ad invidiâ omnium priſtinæ ſanitati reduxit, illud inqvam à natura ipſa productum ſuſtentandis individuis univerſale nutrimentum, *lac*, de illo inqvam nobis ſermo ſit; an illud patienti, utpote jam

jam tot medicamentorum tædioſo uſui convenire qveat; an per illud priſtinæ valetudinis reſtitutio ſperanda ſit? Qvod anteqvam particulariter pro patiente determinemus, placet prius in genere pauliſper per modum quæſtiuncularum inquirere.

QVÆSTIO I.

An uſus lactis conducat arthriticis?

REſpondetur, lactis uſum arthriticis proficuum fuiſſe, non ſolum Plinii authoritate l. 28. & alibi prob. verum etiam quotidianæ, undevis ex Belgio, Gallia, & Italia experientiæ confirmant, multos fuiſſe hujus uſu â contumaci podagræ

græ morbo ſi non ex toto liberatos, ſaltem ad meliorem ſtatum reductos. Primus hujus curæ Author eſt quidam Medicus Pariſienſis, qui podagricus lactis uſum in ſuum primum, & poſtea aliorum commodum ad podagram curandam pertraxit; qvia cum primùm ejus lactis efficaciam ad podagram ſanandam ſuo bono fuiſſet expertus, eo ad aliorum multorum podagricorum curationem feliciter eſt uſus.

QVÆSTIO II.

Qvodnam lac vel maximè conducat, ſeu qvo lacte ſit utendum?

LAc, Plinio referente loc. ſup. cit. eligebatur olim aſininum, quod utpote ſecundum

poſt

poſt humanum obtinet locum: quia autem non ſemper haberi poteſt, unde vaccinum ſubſtituitur, quo etiam uſus fuit Doctor ille Pariſienſis, cæteriqve, qui poſt illum cura lactis uſi ſunt.

QVÆSTIO III.

An lactis uſus omni periculo careat.

NEqvaqvam affirmari poteſt, lactis uſum omni prorſus periculo carere, cum hoc definiri non poſſit ob diverſitatem complexionis patientum; affirmari tamen poteſt, ſi ventriculus fuerit robuſtus, ut debitè lac concoquat; non ita facilè ex lactis uſu incommoda ſecutura, dummo-

do

do omnia ea obſerventur, quæ infra adducentur.

QVÆSTIO IV.

Utrum dentur exempla curationum?

OMnino dantur plurima, paſſim â Medicis Lovanienſibus, Bruxellenſibus, Mediolanenſibus, Romanis perſcripta, qvæ in manibus Magnatum circumferuntur; inter cætera referre placet fragmentum epiſtolæ ab amico Parmâ ex Italia perſcriptæ, Anno 1665.

Weiter habe ich etwas mehr neues/ das dem Herrn wird lieb ſeyn/ und ein groſſes Intereſſe eintragen. Vor vier Monaten iſt einem Patri Ord. S. Benedicti ein Recept aus Niederland kommen vors Podagra/ ſeines Alters über

die

die 70. Jahr/ welcher ſich nicht rühren oder wenden konte/ drey Monat lang/ gebraucht daſſelbige Recept, iſt erlediget worden von allen Schmertzen/ kan ſchon gehen/ alle ſeine Glieder rühren. Dieſes Recept hat er communicirt dem alten Conte Simonetta, welcher 5. Jahr lang auf keinem Fuß ſtehen/ weder ſich rühren können/ nach Gebrauch deſſelbigen/ itzund kombt er überall und gehet hin wo er hin wil: vorgeſtern hat er von ſeiner Cur dieſes alles zu Hofe des Hertzoges erzehlt/ iſt ſich gewiß zu verwundern/ und ſcheinet ein Miracul zu ſeyn/ er empfindet itzt keine Schmertzen auf der Welt mehr/ ſeine Finger die kupfelt ſeynd geweſen/ und durch das Podagra kurtz worden/ Doctor Pomponio Sachi curirt ihn und bringts auch zu recht: weiter noch einen

einen Pater zu recht gebracht/ und eine Frau zu Meiland; auf die zehen Cavallier in zwey Monaten ſein zu recht durch ſelbiges Recept gebracht worden/ und iſt nur ein Pagatella/ funffzehen Tag muß ſich der Menſch purgieren/ nach dem dieſelbigen Sachen eſſen und trincken/ und nichts anders in drey Monaten/ wanns dem Herrn beliebt zu wiſſen dieſes Recipe, ſo wolle mir der Herr nur ſchreiben/ ich will es dem Herrn alſobald hinaus ſchicken/ das Remediũ iſt gut/ ſo das gantze Jahr in allen Staggionen kan gebraucht werden. Der Herr wolle meinen Stieffvater unbeſchwert laſſen grüſſen/ ihm die neue Zeitung laſſen ſagen vom Podagra: dann er hat es von nöthen/ wann ich dem Herrn werde das Recept ſchicken/ der Herr wolle es ihm lernen/ wie

er ſich guberniren ſolle / wann er ſeines Podagra will erlediget ſeyn.

Ex qua relatione Amici ſatis apparet, qvid boni tam parvo ſpatio temporis in uno tantum loco ſit præſtitum; qvæ autem abinde in aliis locis ſint facta, longum eſſet recenſere: obſervationes cum tempore virorum doctorum magis rem notam reddent.

QVÆSTIO V.

Qvomodo, qvale, qvantum, & qvamdiu ſit lac continuandum?

CIrca uſum hujus medicamenti alimentoſi ſic proceditur.

Primò diſponitur patiens: oportet enim podagricum, qvi ad

ad uſum lactis ſe diſponit, ſpatio ad minimum qvindecim dierum, diætam exactiſſimam obſervare, & illo ſpatio temporis pro evacuandis primis viis, & diſponendis viſceribus, ad recipiendum convenienter hunc liqvorem, ſæpius corp s repurgare; ex Conſilio tamen ſui Medici ordinarii, & ſi corpus fuerit plethoricum, opportunum erit ſemel aut bis detrahere ſangvinem, ex venis brachii ſecundùm corporis exigentiam.

Secundò lac ea qvalitate, & bonitate debet eſſe præditum, ut eas conditiones explere poſſit, qvæ neceſſariæ ſunt ad morbum expellendum. Eligitur ergo vacca mediæ ætatis, boni habitus, coloris rubri, aut nigri;

gri, nec præpingvis, nec tenera, nec prægnans, â tauro longè ſemota, nutriatur tempore hyemali optimo fœno, hordeo, furfure frumenti, vel ejusdem palea, vel ſtramine; tempore æſtivo herbis bonis, & locis ſiccioribus enaſcentibus, ſtrigili quotidie inſtar equi ducatur, pura fluviatiliqve aqua potetur, miſcendo aliqvando manipulum furfuris, aut farinæ ſecalis recentis.

Tertiò, qvod qvantitatem lactis attinet, hæc â ventriculi ipſius ſenſu aſſignatur: tantum igitur lactis bibere incipiat patiens, qvantum ferre, & concoqvere poſſit ipſius ventriculus; ſemper tamen majori, qua poſſit qvantitati aſſveſcere conetur. Igitur finitis illis diætæ

liætæ dicatis diebus mane ho-
is 4. aut 5. ante prandium inci-
iat bibere ab unciis ſex ad de-
em, ad 18. ad 20, totidem uncias
oco cœnæ bibat, doſim pede-
entim augendo usqve ad Un-
ias quadraginta aut eam
uantitatem, qvam ferre, &
oncoqvere poterit ventricu-
is: ſunt qui prandium, ma-
imè primis diebus, conced nt
x alimentis euchymis, & faci-
s concoctionis: ut gallinis,
erdicibus, carne vitulina &c.
nſim doſin minuendo, & pau-
tim cibos ex lacte, & ovis fa-
os intermiſcendo; tandem
arne ſublata ova, & lacticinia
bſtituendo; tandem & hæc
llendo, & loco prandii di-
am doſin lactis præſcriben-
o, ita ut ternis vicibus doſis

H dicta

dicta de die aſſumatur, qvoru
inſtitutum omnino eſt laudal
le. Sed qvia cujusq; non e
eadem victus ratio in quantit
te; ideo certa lex omnino pra
ſcribi non poteſt: ſunt enim
quibus ter in die lac dare non
ſufficit, iis ergò quater ſur
permittitur, bis cum pane,
ovo, vel ſorbitiuncula, qvæ
ex lacte, & oryza, vel farina
ryza, vel hordeo mundato,
ſaccharo diverſo modo para
tis; & bis ſine pane: ſunt ali
quos quater bibere oportet
alii, qvos bis tantum, & hi ſur
qvorum ventriculus eſt debi
lis: nam qui robuſtioris ſun
majorem qvantitatem ferre
poſſunt, & his terna ſumpti
ſufficit, in qvarum media pani
albus loco prandii additur, au

ova

va recentia, aut condita per, utyrum recens, oryza cum ıcte cocta, vel cremor lactis, c quæcunqve cum lacte para- ı, ſuperbibendo deniqve hau- um lactis loco alterius potus; uo autem pauciora heteroge- ea, & â lactis natura diſceden- a aſſumantur, eo minus ti- ıendæ ſunt alterationes, in uſu ıctis obvenientes: qvæ omnia dſtans Medicus prudentiſſi- ıo judicio pro diverſitate ac- identium diſponere noverit.

Qvartò. Longitudo tem- oris lactis ſumendi tam diu rotrahi debet, qvamdiu non mnis materia arthritidem auſans, ê corpore exhalave- t, quod â diuturnitate morbi ſt computandum, & ab obſer- atis hucusqve feliciter curis

deinceps arguendum: ſunt enim qvi bimeſtri, alii trimeſtri, alii quadrimeſtri cura continuata priſtinæ ſanitati reſtituti ſunt, trimeſtris huc usqve ordinaria fuit; opportunum autem lactis aſſumendi tempus judicatur eſſe vernum, & illud quidem â principio Maji uſqve ad finem Julii.

QVÆSTIO VI.

Qvænam qlia in uſu lactis ſint obſervanda?

PRimò lac tepens ab ubere magis conducit; ſi tamen haberi non poteſt, arte reddatur tepidum.

Secundò, qvando æger incipit lacte uti, id eſt primo, & ſecundo menſe poterit ſecunda tertia, aut quarta qvavis die ſumere

ere drachmam ſemis rhabar-
ri, vel grana 15. extract. rha-
rb. vel pil. unam de Aloë ro-
a, idqve una hora ante ſo-
nũ, vel ſumtionem lactis ho-
noctis.

Tertiò, poterit etiam ſingu-
quindecim diebus expurga-
medicamento blando, confe-
o ex manna. fol. ſennæ &
ſſia.

Qvartò, adverte, quod medi-
menta purgantia tamdiu de-
ant exhiberi, qvoad natura
cti aſſveverit, & tunc majori
terpoſito ſpatio temporis e-
int adhibenda.

Qvintò, ſi periculum eſſet,
vod lac aceſceret, aut coagu-
retur in ſtomacho; tunc o-
ortebit lacti adjungere ſac-
arum album; illud enim

impedit coagulationem lactis.

Sextò, ſi ex lactis uſu corpus calefieret, & os, & fauces accenderentur, tunc lacti pro dilutione addatur quarta pars aquæ ſimplicis, aut aquæ ex decoctione hordei paratæ.

Septimò, ſi contingat, ut lac ventrem nimis fluidum reddat, tunc lac ebulliendum erit eiqve addentur ſalis communis aliqvot grana, aut cum cruſta panis decoqvatur.

Octavò, ſi verò ex lactis uſu venter conſtipetur, tunc matutinis horis rhabarb. pulveriſati gr. XV. in primo hauſtu ſumenda ſunt, ſeu veſperi in ultimo hauſtu gr. 6. vel 8. extract. rhabarb.

Nono, ſi lactis uſus ſitim excitaret extra paſtum, aqva com

ommunis ſimplex, vel coſta
um ſaccharo permittitur, tam
ola qvàm ipſi permixta lacti.
Decimo, nunquam deſiſten-
um eſt ab uſu lactis, niſi febris,
ut gravis podagræ dolor ſu-
erveniat: tunc enim â lactis
ſu eſt ſuperſedendum, & fe-
ris oppugnanda ſuis contra-
iis, & dolorum remiſſio ex-
pectanda.

Hæc fuere, quæ circa lactis
ſum generaliter obſervatu
eceſſaria ſunt; particularia
uæ accidere poſſent, aut qvæ
pportuna pro temperamen-
o patientis judicata fuerint,
rudens Medicus ipſemet de-
net, addet, aut corriget.

QVÆSTIO VII.

Qvomodo lac tantum auxilium præſtare poteſt?

LAc in tantum evaſiſſe arthritidis prophylacticon, quivis ignarus obſtupeſcet; præſertim cum tot ſæculis altum de illo ſilentium fuerit: ſed nulli prudenti mirum accidet, dum conſiderabit multa alia in omni genere rerum præſtantiſſima modo obvia tum quidem, ſed non curata, tandem certis judiciis DEI, uſui humano communicata eſſe. Sic multa ſenſibus noſtris adhuc de facto obſervantur, qvorum uſum, aut parvum aut nullum habemus; proditura in lucem ſuis DEO dante temporibus. Sic placuit ſuæ divinæ Majeſtati qvolibet ſæculo variis inventis ditare genus humanum; ſic & inter cætera deplorato hucusq; morbo labo-

ſorantibus aliqvod concedere
evamen. Noti erant â priſcis
æculis cunctis hominibus in-
initi in ſublevamen aliorum
norborum uſus lactis; illud
nicum hucusqve tabidorum
uit remedium; inde qvoqve
arata cataplaſmata ſublevan-
is podagræ doloribus dudum
ota erant; nemini autem
ccurrit illius continuo per
ongum ſpatium uſu poſſe ra-
icaliter arthritidi occurri; tan-
em quando DEO placuit, ſu-
ra citatus Medicus Pariſienſis
ivino œſtro afflatus feliciter
lo uti cœpit, fructumqve per-
ntiens toti orbi ſparſis undi-
ve experimentis communi-
ivit, ad cujus famam, qvan-
m non ſolatium podagricis
creverit, nullus eſt qui dubi-

tet; ſed non pari pro magnitudine fama ab omnibus hoc remedium eſt receptum; ſicut & non pari fortuna omnibus ſatisfacit. Multi enim ſimplicitate remedii ducti illud ſpernunt, atqve rident; multi longitudine temporis deterriti maximè qui lautitiis aſſueti pro impoſſibili habent: multi quidem curæ ſe committunt, ſed ſuas qvoqve exceptiones ſibi faciunt; & hi ſi optatum finem non ſortiantur, lac incuſant & opprobriis ſvadentes impetunt; pauci adhuc maximè hiſce in partibus inventi ſunt, qui totaliter ſe huic curæ committere voluerunt, qvod nullus prudens miretur. Nam taceo de hac ſatis longa cura, loqvor de brevioribus, & quidem

dem de acutis morbis, vix invenies non tertium, aut qvartum, ſed vix centeſimum, qvi regulis vivendi ſeſe obſtringere vellet: unde ſi pauci numerentur curati, hæc culpa eſt, cur ſpe ſua fruſtrentnr. Qvia tamen alibi multa experimenta audiuntur curarum feliciter peractarum, hæc etiam diligentiæ, & obedientiæ patientum adſcribenda eſt; ſufficit ergo ſcire, etiamſi in partibus noſtris necdum experientiis remedium hocce confirmatum ſit, ſaltem in partibus aliis feliciter ſuum hucusqve monſtraſſe effectum, & plurimos lecto â multis annis affixos, immobiles per ſe, ætate provectos; nunc per ſe mobiles ambulare, & juvenum præ ſe ferre

ideam. His experimentis tanquam certis & infallibilibus ſuppoſitis oritur qvæſtio, qvomodo ergo lac nutritioni aliàs perqvam aptum vim medicamenti, & præſertim in tam huc usqve incurabili morbo obtinere poſſit? Ad qvod qvæſitum, ſi multis reſponſionibus tam Authoritate, qvam ratione deſumptis, & ex profeſſo reſpondere vellem, tædium lectori parerem; unicâ ſolâ ratione evidenti clarâ, & quam, ſcio, omnibus ſatisfacturâ me, expedire pro nunc conabor; aliàs ſuo tempore, ſi DEO viſum fuerit, plures ſuperſtructurus, quam ſeqventibus inclusam volo ſuppoſitionibus.

Suppono primò, lac eſſe ali-

men-

mentum, ex accidenti autem medicamentum.

Secundò, lac eſſe alimentum optimum & pro conſervandis certis viventibus ſtudio â natura productum.

Tertiò, corporibus viventibus pro conſervatione ſui corporis ſufficere alimentum ſimplex, & non diverſum.

Qvartò, viventia â diverſis & heterogeneis aſſumtis alterari, & corrumpi.

Qvintò, certa viventia, & inter hæc hominem â primordio ſui ſolo lacte, & ex lacte paratis pultibus nutriri, & incrementum accipere.

Sextò, nationes integras ſolius lactis uſu vivere incolumes, & evadere in robuſtos, & morbis, præcipue Arthritide, innoxios.

Septimò, nationes victui opiparo & heterogeneo aſſvetas plerumqve vivere vitam morboſam, & raro ab Arthritide immunem.

Octavò, Arthritidem plerumq; eſſe, aut per hæreditatem communicatam, qvam ferè incurabilem cenſemus; aut ex mala victus ratione adminiſtrata introductam, & hanc curabilem judicamus.

Nonò, qvandocunqve quis rationem victus emendat, & ſubtrahit ea, quæ ex victus adminiſtratione mala poterant oriri; ceſſat cumulatio productorum malorum in tali corpore.

Decimò, ceſſante cumulatione, illud, qvod anteà fuerat cumulatum, poterit, utpotè

na-

naturæ inimicum, aut naturâ, aut arte educi.

Undecimò, naturam habere diverſas vias, per qvas ſolet, materiam morbificam expellere.

Duodecimò, materiam Arthriticam tempore paroxyſmi tumore excitato plerumqve, per inſenſibilem tranſpirationem deperdi, & evaneſcere.

Decimotertiò, eandem materiam paroxyſmo finito reſiduam prout per inſenſibilem tranſpirationem, dum aliàs naturaliter alia ê corpore evaporant, etiam cum aliis tranſpirare.

Decimoqvartò, ſi materia, illa tranſpirare concedatur, & nova alia non ſuccedere, ergò Arthritide laborans ab ea liberari poterit. De-

Decimoqvintò, ſolum lac aſſumtum non ſuppeditare novam materiam generandæ Arthritidi.

Decimoſextò, lac aſſumtum longo tempore nutrire partes emaciatas; cæterisqve ejusdem virtutibus, ut eſt acrimoniam humorum demulcere, pro nunc ſilentio commiſſis.

Decimoſeptimò, dum tale alimentum corpori communicatur, qvod non eſt generativum novæ materiæ Arthriticæ; materia, quæ fuit in corpore, per ſe exhalat, maximè dum adhuc eſt fluidior, & non totaliter in calcem converſa; & etſi jam in tophos tranſierit, ſaltem ceſſat novus affluxus, & hi, qui tophis laborant, ſaltem ſunt liberi â periculo novæ recidivæ.

De-

Decimooctavò, pro tam longa ſerie annorum morboſis aggregatis factis reqviritur exhalandi longum tempus, ex oppoſito etiam longus uſus lactis.

Decimononò, omni vice ceſſante uſu lactis, & homine redeunte ad victum ordinarium naturæ convenientem, immunem futurum ab Arthritide.

Vigeſimo, omni vice ſi in victu denuò committantur errores, judico, & quidem facillime arthritidem redituram.

His ergo ſuppoſitionibus præmiſſis concluſionem quilibet inferre, & qvo collimemus, colligere poterit; res enim per ſe ita clara eſt, ut non indigeat ulteriori explicatione, & illatione;

one; qvam tamen alio opportuniori tempore fuſiùs deducere pro tenuitate ingenii noſtri allaborabimus. Tempus autem jam eſt, ut nos ad patientem convertamus, & affectum illius conſideremus, & an cura hæc ſic enarrata eidem convenire poſſit, videamus; quod anteqvam fiat, ex relatione adducta colligimus quidem, illum diverſis implicatis affectibus laborare, quæ partim præ ſe ferunt affectionem hypochondriacam, ſub qva ventriculi debilitas, meſenterii, pancreatis, hepatis, lienis obſtructiones continentur; partim arthritidem corpus occupare, cumqve â potiori ſit morbus denominandus, huicqve plerumqve illa conjuncta eſſe ſole-

ſoleant, tanqvam ſervæ ancillantes Dominæ ſuæ; non videmus, ſi factis iis, quæ adhuc univerſalem corporis evacuationem ſpectant, obſtructionesqve viſcerum in regione abdominis contentorum reſpiciunt, cur non tandem accedendum ſit ad uſum lactis, in quo tanqvam primario corporis noſtri balſamo ſummam ſanitatis recuperandæ in patiente ſpem ponimus, & ad uſum ejusdem omnimodè ſuademus augurando â DEO ter optimo maximo patienti in cura hac benedictionem, & priſtinæ ſanitatis reſtitutionem; qvam non dubitamus eventuram, ubi patiens pariter ea præſtiterit, quæ in ſimili cura reqviruntur, ut fiant, & qvæ opportuna

tuna facta prudentiſſimi Medici conſilium judicaverit. Datum Pragæ 9. Martii 1669.

Jacobus Pobreſensky de nigro ponte Phil. & Med. Doct. ejusdemq́ Profeſſor extraord.

Gregorius Franc. Beceli Phil. & Med. Doct.

Secundum Reſponſum hujus diætæ informatorium miſit, *Perilluſtr. Magnificus & Excell. D. Doctor Francbimont, Protomedicus Regni Bohæmiæ &c.* cujus formalia prioribus non diſſonantia, hæc ſunt:

Omiſsâ repetitione variorum, affectuum, & ſymptomatum, qvibus patiens ferè continuò divexatur, paucis reſpondeo ad qvæſtionem mihi factam; an, cum antehac medica-

dicamentorum Arthriticorum, & nephriticorum exiguus fuerit profectus, lactis vaccini uſus ſit futurus patienti utilis, & proficuus. Hipp. quidem aph. 64 ſect. 5. *lactis commoda, & incommoda recenſet, iuxta quem aphoriſmum lac iis, qvibus ilia ſuſpenſa murmurant, non adeò conducere videatur: at verò cum poſteriore hoc Sæculo ejus uſus, & maximè in Belgio, Gallia, Italia, & Bohæmia, iis qvi ferè continuis doloribus Arthriticis, & nephriticis à calculo divexabantur, proficuus deprehenſus fuerit, experientia tanqvam rerum Magiſtrâ ducti alii, qvos brevitatis causâ ſubſileo, lac audacius admiſerunt, cum tanto effectu, & profectu, ut ad potentiam ambulandi reducti à doloribus tum Arthriticis, tum nephriticis liberi non modò ambulent; ſed etiam longè lateqvè peregrè*

peregrè eant. Utendi ratio triplex eſt, aut per ſe nullo admixto alio cibo, vel potu manè hauriendo ſextarios præterpropter duos Bohœmicos, pinſa ſeu Achtring *Auſtriaca continet Bohœmicos ſextarios tres, lactis recenter mulcti, ex vacca nigra, rubra, ſeu flava, cui unum, aut duo cochlearia Sacchari finiſſimi tenuiſſimè pulveriſati admiſcentur (aliqvi ſine ſacchаro, & puro lacte utuntur) ne lac aceſcat, aut coaguletur; tantundem lactis hora prandii, & cœnæ aſſumendo. Altera utendi ratio eſt ſub eadem qvidem qvantitate lactis, ſed ei admiſcetur, ſeu interitur medulla panis albiſſimi, aut particulæ biscocti finiſſimi. Tertia ratio eſt; manè, & veſperi loco cœnæ lac per ſe, aut cum pulpa, ſive medulla panis albiſſimi, in prandio verò cibum eupeptum, ſeu euchymum citra*

gra-

gravitatem ſtomachi aſſumendo facto deſuper hauſtu vini bene diluti. Priusquam verò hæc cura ſuſcipitur, corpus leviter expurgandum, & ſi durante curâ alvus ſtrictior fieret, ſtomachi gravitas, aut oris amaritudo moleſtaret (raro hæc eveniunt) leni catarctico prima corporis regio eluenda, ſi alvus ſub prima utendi ratione laxior ſit, medullâ panis albi intritâ corrigitur, quæ ſi non ſufficit ad alvum firmandam, lac ad quatuor vel quinque dies omittatur. Hæc breviſſimè expono, prudentis Medici conſilio, & judicio committendo.

Franchimont Medic. Doct. Pragæ.

Omnia hæc methodicè includit ſcriptum Parmâ miſſum, quod (Latinè verſum) ita ſonat.

Deo

De uſu Lactis in curatione & præſervatione Podagræ.

ADeò clari & manifeſti ſunt Lactis effectus tàm in curandâ, qvàm præſervandâ Podagrâ, eâq; non ſolum inchoatâ, ſed & inveteratâ, ut ad hoc perſvadendum non opus ſit allegare rationes: dummodo eô laborantes morbô, ad uſum Lactis poſſint commoveri. Ut enim ab uſu omnium rerum, ita Lactis præcipuè, varii, iiq; ſibi invicem ſæpè contrarii, promanant effectus, vel ratione qualitatis, quantitatis, alterationis, temporis; vel etiam ex diſpoſitione utentis. Talesq; circumſtantiæ æqvè in ipſo Lacte conſiderandæ ſunt, quàm in eô, qvi Lacte utitur. Lac ſuppetat vacca juvencula & ſa-

t iana; quæ ſit boni tempera-
enti & formæ egregiæ: quæ
o tempore agatur in paſcu-
m; in ſtabulis autem alatur,
vantum maximè fieri poteſt,
erbis virentibus; aut, ſi iſtæ
aberi neqveant, fœnô, paleâ,
umentô, hordeô & furfure;
quâ maceratis calidâ aut frigi-
â: prout effectus, qui inten-
itur, & neceſſitas Lacte uten-
s reqvirit. Nimio enim ca-
ore exiſtente cùm Lac fiat val-
è butyroſum, opus erit pabu-
refrigerante; & ê contra-
o, ſi Lac ſit ſeroſum, pabulô
ccô, e.g. fœno, palea &c.
vandoqvidem verò talia ſæ-
iùs corrigi neqveant, alia
værenda erit vacca. Et hôc
uidem modô Lac cuivis ho-
ini, & qvovis tempore, utili-

tatem afferet: cujuscunq; ſi ætatis aut complexionis, in gravisſimis Podagræ doloribus: dummodo non natura à Lacte abhorreat; aut obſtructionibus in hypochondriis laboret; aut inflammationes patiatur & convulſiones; aut malignis abundet humoribus. A qvibus omnibus liberum & vacuum debet eſſe corpus: anteqvam Lac adhibeatur. Qvod ut fieri posſit, præcedat oportet diæta, per 15. dies exactisſima; vena aperiatur; corpus, qvantum opus, purgetur; medicamentis tamen non ingratis, aut nauſeam excitantibus: ut evitentur malæ Patientis impresſiones, pro Medici Ordinarii prudentiâ, qvo factô, num ſtomachi diſpoſitio ſit

ſatis

tis habilis, videatur; & Pati-
ns jejunus manè bibat 15 aut
, lactis admodùm recentis
ncias; 4. aut 5. horis ante
randium. Inde, ſi ſtoma-
hum ſentiat aggravatum,
vod aut nauſeet, aut in pravos
umores Lac convertatur; ſi-
num id eſt, eum non ſatis eſſe
urgatum. Ergò denuò opus
it medicamento purgante,
diſpoſitione Medici Ordina-
. Poſteà priori modo ſto-
achi vires exploret, idq; tam
r, donec, feliciter rem pro-
ſſiſſe, ſentiat. Atq; ita per 4.
t 5. dies continuabit, prandio
ntentus modico, tàm ratio-
qvantitatis & qvalitatis;
àm ratione facilis digeſtio-
s: ut ſunt ova, pulli gallina-
i, caro hædina, vitulina &c.

Et ratione qvantitatis: ne
quartam prandii ordinarii par
tem ſumat: dummodo vig
ſtomachi non plus cibi appe
tat. Vinum bibat aqvà bene
temperatum, idq; quidem ve
ſperè; minus autem man
Si hoc modo per 4. aut 5. die
perrexerit, cœnæ etiam loc
20. Lactis uncias aſſumat; ita
tamen ut de die in diem qvanti
tas Lactis augeatur: donec a
modò dictam 20. unciarum do
ſin perveniat, ſtomachus etiam
huic ferendæ par ſit. Qvod ſ
autem debilitas ſtomachi aliud
ſvadeat, ſufficiat, quantum fer
re poteſt. Vino qvoq; & aliis
cibis in prandio animosè abſti-
neat; niſi alia obſtet ratio. Imo
purô ac ſolô ſe alat Lacte, cali-
do aut frigido, & in tantâ qui-
dem

em quantitate, cui digeren-
æ ſtomachus ſufficiat, aut
uam palatus admittat. Qvod
verò ſolius Lactis uſus nauſe-
m creet, paululum panis aut
itelli aliqvot cum Lacte cocti
ccipiantur, aut aliud quid ex
nfrâ memorandis. Hoc cer-
um eſt: qvod primis duobus
ut tribus menſibus purum
Lac ſumptum maxime condu-
at: qvibus præteritis, unà
um Lacte adhiberi poſſunt
ova, panis, butyrum recens,
caſei item recentes ex flore La-
ctis: ex qvibus omnibus, ſac-
charô inſperſis, varii confici-
untur cibi. Imò & oryza in
Lacte cocta, panis bis coctus,
conſerva ſacchari &c. cibi u-
ſum præſtant. Qvicunqve
demum debilitate ſtomachi la-

borat, contentus ſit, qvantum fieri poteſt, purô ac ſolô Lacte. Qvi verò eâ non laborat, liberiùs qvidem vivere poteſt: cibis tamen utatur, qvi benè ac facilè poſſunt digeri. Atqve hoc modo per Menſes & annos continuet. Siq;, vel ob nimiam ſangvinis copiam, vel ob caloris exceſſum, vel ob alia symptomata opus fuerit, corpus purget, aut venam aperiat, unâ aut alterâ vice in anno; adhibito eam in rem Ordinarii Medici conſilio: qvi etiam, ſi uſus Lactis per annum fuerit continuatus, & malum inveteratum id reqvirat, diætam & medicamenta, tàm extrinſecè, qvàm intrinſecè applicanda, prout commodum videbitur, præſcribet. Qvod ſi tandem Pati-

atiens beneficio Lactis recon-
aluerit, &, commotionibus
pitis, temperamento gaude-
juſto, reverti poterit ad com-
munem vivendi modum, ex-
eptis duobus aut tribus in an-
o menſibus; quibus præviâ
enæ ſectione, aut pro neceſſi-
tatis exigentiâ, corporis pur-
atione, ſolo vivat Lacte; vel
eliqvo etiam tempore, ſingu-
s horis matutinis hauſtum
Lactis ſumat, & cibos fugiat
atulentos atq; arborum fru-
tus; cœnâ autem plane abſti-
eat. Atq; hunc Lactis uſum
on intermittat: niſi aut in-
enſiſſimi Podagræ dolores,
ut febris pertinacia prohibe-
nt. Tunc enim cura ſpecia-
is ac methodica ſuſcipienda
ſt, ad finem usq; dicti morbi:

qvo fugato, ad Lac redeat. Symptomata illa, qvæ Lactis uſus ciere ſolet, ne curet: niſi tale ſit ſymptoma, qvod vomitum concitet, aut capiti alterationem inducat. Eo enim die ſatius erit, (præprimis in principio morbi) abſtinere Lacte, & ejus loco uti carne vitulina, aut ſimili, vel etiam juſculo tenui cum vitello. Potus autem ſit aqva hordeacea aut alia hujus generis. Illô die hac methodo peractô, ſeqventi iterum Lac ſumat. De reliquis Accidentibus ne ſit ſollicitus: qvippe qvæ facillimè poſſunt corrigi. Qvibus planè repellendis, multùm conducet, ſi ſingulis Lactis potibus immiſceatur paululum ſacchari. Qvod ſi Lac coagu-

letur,

etur, aut aceſcat in ſtomacho, unde appetentia ejus deſtruitur, vel dolor ei conciliatur;) terum Lac cum ſaccharo mixtum adhibeatur. Si os afficiat, & tumidum reddat, cum quarta aqvæ communis parte miſceatur. Si dolores Stomacho aut Capiti pariat, cum quarta aqvæ hordeaceæ parte Lac temperetur. Si ſtomachus Cibum non appetat, aut vomat; corpusq; obſtruatur, ac langveſcat, 15. aut 18. grana Rhebarbari pulveriſati cum aqua cichoreæ ante matutinum Lactis uſum recipiantur: vel etiam 6 aut 8. gran. eſſentiæ Rhabarbari, in aqua pura cichoreæ, ea veſpera, qvæ matutinum Lactis uſum præcedit; hocq; toties, qvoties opus fore

judicabit. Qvod ſi verò alvus reddatur nimium laxa, cum imminutione virium, Lac bis vel ter ebulliendo cum modico ſale coqvatur. Id qvod etiam ad ſedandos flatus facit. Si ſitis quandoq; premat, omnis generis aqvam, (acida modo non ſit,) bibere poteſtis, cujus ſtomachus in vigore eſt. Qvi verò debilitate ejus laborat, purum Lac bibat; aut mixtum cum aqvâ hordeaceâ. Si igitur quis Lacte præſcripto modo uſus fuerit præter alios mille bonos effectus, qvos præſtat, mirandus maximè hic eſt: qvod primis ſtatim diebus, dolores leniat; vigorem reddat, calorem reſtituat, omnia bene diſponat, operationibus intellectûs, judicii, memoriæ ac volunta-

untatis inſerviat; generatio-
nem non impediat, ſed promo-
veat; multas infirmitates, ani-
miq; paſſiones inhibeat. Si-
qvidem humoribus priſtinum
dulcorem ſuperinducit, eosq;
ab omni exceſſu purgat; me-
lancholiam præprimis & bi-
lem, qvæ cauſæ tantorum ma-
lorum exiſtunt. Imò & â ne-
phriticis doloribus immunes
præſtat, eosq; tollit.

Parmæ, die qvarto Julii.

FABIO SIMONETTA.

Colliges primò, quidquid lac
præſtat, id præſtare propter
diætam, qvia dato lacte absqve
diæta deterioratur morbus;
ſicut continuata diæta etiam

absqve lacte ſanitatem ſtabiliri poteſt.

Secundò, qvod autem lac præ aliis ad diætam commendetur, id fieri ob ſummam familiaritatem, qvam habet ergà naturam.

Tertiò, ſi ordinaretur alia diæta absqve lacte, non prærequiri tantam corporum præparationem, ſaltem in quibusdam; ſed econtra non tam manifeſtè, citò, tutò & jucundè adverti poſſe diminutiones paroxyſmorum.

Qvartò, ſi lac ſumendum modo vel qvantitate excederet, ita ut ſuperflui humores non tantum non diminuerentur; verum etiam accumularentur; lac, quia plurimi eſt nutrimenti, pro diminutione

paro-

paroxyſmorum parùm aut nihil profuturum.

Qvintò, qvia lac commendatur propter diætam, ſequitur, diætam eſſe magis neceſſariam: nam *propter qvod eſt unumqvodq; tale, ſemper & illud magis eſt tale*: *ex 1. poſter. cap.* 2 ſed lac commendatur propter diætam; ergò lacte magis eſt commendabilis diæta.

Sextò, ſuprapoſita ſuppoſita *Excell. D. D. Pobreſensky & Beceli* præcipue 4. 9. 10. 19. & 20. tanqvam æternæ veritatis dicteria benè eſſe animo perpendenda, utpotè in qvibus totus rei cardo verſatur.

Qvibus benè perſpectis, & conſideratis tanqvam firmiſſimâ ratione indagatis; rationabiliſſimâ methodo ordinatis, & mani-

manifeſtiſſimâ experientia, certificatis aliter facere non, potui, qvin ſub amplexu veritatis prædictis me ſubſciberem, præſertim tàm ob Antiqvitatem hujus toti animantium generi perqvam notiſſimi remedii, quàm ob celeberrimorum Authorum de hoc naturæ familiariſſimo medicamento alimentoſo, *de lacte*, ſummam recommendationẽ, qvam ſimul cum rationibus ſtabilitam hic qvoq; ſubnectere libuit.

ARTICULUS IX.

QVARE LAC TANTUM EFFECTUM PRÆSTAT, DEMONSTRATUR RATIONIBUS & AUTHORITATIBUS.

NAturalem lactis uſum DEUS tanqvam Natura naturans Naturæ naturatæ communicavit, ut ſuprà monſtratum; Oeconomici verò ejus & coaguli varii uſus Ariſtæum Regem in Arcadia Authorem eſſe teſtatur *Juſtin. l.* 13. *n.* 19. Ad Medicum ejus uſum neceſſitas mortales coëgit, qvod etſi optimum remedium Arthritidem curandi eſſe propoſuerim; non tamen nego,

per

per lactis curam propoſitam, non poſſe æqvè benè aliam bonam æqvivalentem diætam ordinari, qva arthritis curetur, ex 161. *conſilio Cratonis* ita dicentis: *Ego Podagricis nihil niſi rectam victus rationem conſulendam arbitror:* nam licet lac ratione ſuæ butyroſitatis dolores leniat, & acrimoniam humorum demulceat; ratione ſeroſitatis viſcoſitates abſtergat, & eliminet; ratione caſeoſitatis nutriat; qvid juvant anodyna? quid efficiunt purgantia? minùs ſublevabit nutrimentum, etſi tota ſubſtantia alimenti in ſubſtantiam aliti converteretur, ſi debita diæta deſit, qvæ totam ſummam hujus curæ continet: nam *inediâ*, teſte *Damaſceno*, & *Celſo*, *Medicina potiſſi-*

iſſimùm nititur: curabilem enim eſſe podagram, tàm in ſenibus qvàm juvenibus, tametſi difficulter admodum, dummodò viſcera non ſint penitùs depravata, neqvè calore ſuo nativo exuta, ſi præterea medicamenta in tempore adhibeantur, eorundem uſus ſatis diu continuetur, obſeqventes deniqve & ingratâ chiragrâ non laborantes infirmi intelligentibus, & veris Medicis utantur, docuit jam dudum in hujus antiqviſſimæ, & celeberrimæ Univerſitatis prima Cathedra Medica *Magnif. & Excell. D. Gvielm. Mannagetta*, rationem addens; ſi nodoſi non ſemper reſtituantur, ideo fieri, qvia in diæta, præſertim ingeſtorum, & excretorum, plurimos

com-

committunt errores: ſecundò non ſatis diu continuant medicamentorum uſum: adde, qvod plerumqve Medicis erronibus, & pſeudochymicis utantur, qvibus indoles podagræ neutiqvam perſpecta, & qvi in dolore ſedando tantum occupantur, mali mineram flocci habentes. Idem ob easdem rationes & â ſe practicatum mihi monſtravit, & ex eadem cathedra me docuit *Magnif. & Excell. Dom. Paulus de Sorbait Tract. pract. M S. c. 9.* dicens, *diætam optimam unicam eſſe artbritidis curandæ viam*; & ſanè ad imitationem *Galeni lib. de theriaca. Savonar. tract. 6. c. 22. §. de præſervatione. Tralliani l. ii. cap* 1. *Porphyrii in vita Plotini. Franciſci Alexandri Vercellenſis in apollinis*

radio

radio primo in deſcriptione electuarii diacorallii. Wirſing. praxi medica de Podagra. Cardani de curationibus admirandis n. 19. & aliorum non absqve ratione aſſerentium, tutiſſimam, & veriſſimam medicinam tàm præſervativam, qvàm curatoriam eſſe diætam, eamqve tanti momenti eſſe aſſerunt, ut ſine ea medicamenta etiam generoſiſſima penitùs nihil proficiant. Hinc, qui juxta *Gal. lib. de curandi ratione per ſangvinis miſſionem c.* 7. *rectam victus rationem ſervare nevit, huic medicamenta præſcribere ſupervacaneum eſt*, etiamſi Midâ locupletior eſſet. Et ſanè obſervatum eſt, ſolâ ſæpe victus ratione absqve aliis magnis artis auxiliis, venæ ſectione ſcilicet, & purgatione arthriticos per-

perſanatos: cujus curæ teſtimonium in annalibus Viennenſibus de qvodam Canonico videre eſt. Ille enim hic per multos annos largus, & lautus podagricus exiſtens, â Turcis captus, & per aliqvot annos tenuiter anguſtèqve valdê tractatus hoc ſolo medio â morbo ſuo articulari non tantum liberatus, verùm etiam poſthac rediens diu ſanus & incolumis vixit. Plures ejusmodi hiſtoriæ apud Authores fide dignos leguntur. Si nec his contentus eſſe velis, lege *S. Hieronym.* *totum librum 2. adverſus Jovianum*, ubi inqvit inter reliqva: *Legimus, qvosdam morbo articulari, & Podagræ humoribus laborantes proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos reductos*

ductos convaluiſſe: caruerunt enim ſollicitudine diſpenſandæ domus, & epularum largitate, quæ & corpus frangunt, & animam. Conſen-tit quoque *Leo Pontifex Maximus Serm. 4 Pentecoſtali die jejunio, Non enim*, ait, *idem vigor cordis eſt ſub onere cibi, quàm ſub levitate jejunii; nec eundem ſenſum poteſt ſatietas generare, quem parcitas: quia, dum caro concupiſcens adverſus ſpiritum ſpiritali cupiditate ſuperatur, libera obtinetur ſanitas, & ſana libertas, ut & caro mentis judicio, & mens DEI regatur auxilio.* Unde *Gal.* inquit *l. de attenuante ratione victus c.1. Multi morbi etiam magni atq; rebelles ſolo victu perſanati ſunt, quibus alia auxilia ſufficere non potuerunt. Vidi equidem non paucas arthritidas &c.* Quæ diæta per lac ſanè optime inſtituitur.

itur, utpotè cum ſit alimentum medicamentoſum, & *ſanguinis temperamento, è quo levi mutatione perficitur, proximum, & humanæ naturæ ita familiare*, ut *Ludovicus Mercatus l. 2. claſſ. 2. art. 2. q. 164 n. 47. ex Gal. 6. de placidis* aſſerere plane audeat; *lac eſſe tam nutrimentoſum, & facilis mutationis, ut citra ventriculi coctionem jecur adiens* (ſecundùm illorum ſententiam) *in ſangvinem verti poſſit, omni prorsùs periculo carens*. Nam *Maſſarias l. 1. c. 21.* Melancholicis, & *l. 3 c. 2.* ſicca ventriculi intemperie laborantibus, ſvaſu *Galeni*, cum fructu lac dediſſe ſcribit. Idem teſtatur *Capivacceus lib. 3. cap. 2.* Ad dolorem ventriculi præſcribit *Galen.* lac potare, *lib. de remed. paratu facilibus c. 15. & lib. 8. de compoſ. medicam. ſecundùm*

locos

icos c.4. Aetius ſerm 9.c. 35. Lac bubulum aut caprinum recens mulctum, præſcribit his, qvi biloſis alvi dejectionibus laborant ex libris *Philumeni*; & *c.36.* is, qvibus ob ſiccitatem venter immodicè fluit, lac aſininum cum pauco mellis ſuadet, ex libris *Galeni*; & *c.37.* Cœliacis ex fluxionum mordacitate potum lactis calidum, & recens mulctum ut optimum cenſet ex *Archigene & Oribaſio.* Hunc imitatur *Trallianus*, qui lac dyſentericis propinat *lib. 3.* Non morieris fame Pamphage adipoſe Homeri, niſi aut bovem a faucibus tuis te portare, aut œſophagum tuum charybdim barathrumqve epularum eſſe fateri cogaris. Nam *Marſilius Ficinus de triplici vita l.2. c.11. & 15.*

lac

lac ſenibus pro nutrimento o-mninò perſuadet; ſic qvoqve *Matthæus Silvaticus in opere Pandectar. c. 486. ex Serapione* hæc verba tranſcribit: *Lac eſt ſanum, naturale, non habens infectionem alicujus alterius humoris, aut ſuper qvod non vincit aliqva, & eſt clarum, in qvo non eſt turbulentia aliqua, neqve acritas, neqve ſalſedo, imo eſt in eo dulcedo pauca, & odor ejus eſt bonus, & lac qvidem, qvod eſt hujusmodi, eſt illud qvod generatur ex ſangvine ſano ſeparato ab omni malitia; & ſanius eſt lac mulieris, & maximè cujus corpus eſt ſanum, non antiqvæ, ſed juvenis, pulchræ, temperatæ complexionis, cujus nutrimentum eſt bonum, generativum bonorum humorum; & poſt eſt lac animalium, qvorum natura non eſt elongata à natura hominis, & o-dor*

dor carnium ſignificat ſuper bonita-
em lactis & ſangvinis. Nam ſunt
vædam animalia, qvorum carnes
ſunt fœtidæ, ſicut carnes canis, lupi,
eonis, cameli & urſi; & qvædam
arnes ſunt boni odoris; ſicut carnes
orcorum, pecudum, caprarum, bo-
m, eqvarum, aſinarum & damu-
rum, ac eorum, qvæ currunt curſu
lorum, qvorum carnes comedunt
vàm plures hominum; naturæ
amq; propinqva eſt naturæ homi-
is. Ex *Dioſcoride* autem hoc
ddit: *Omne præterea lac qvando*
gitur ex mammilla ipſa, eſt magis
vamentum, & velocius nutriti-
um, nec ita corrumpitur; & lac
ulieris dulcius eſt nutribilius omni
cte. Averroës de ſimplicibus c.44.
it; Si corpus eſt mundum,
ihil eſſe convenientius lacte
d reſtaurandum, qvod diſſo-

lutum eſt ex membris radicalibus. *Anton. Fumanellus lib. de ſenum regimine c. 13.* ait: *Qui lac bene concoxerint, & ipſorum non contrarietur naturæ, & viſcerum facilis ineſt lenitio, ob venarum amplitudinem, illos nutrit, abluit, humores æqvat, & mordaces expurgat, alimenti eſt melioris, ſangvinem augens & cerebrum. Aetius de re medica lib. 2. c. 90. plurimi ſucci, plurimiq; alimenti omnium propè, qvæ cibo aſſumuntur, lac eſſe* judicat *qvod optimum ſit. Qvoniam verò ex oppoſitis ſubſtantiis & facultatibus componitur, dejicientibus, inqvam, & ſiſtentibus, obſtruentibus & attenuantibus; debent ejus qvalitates ab utentis natura non diſcrepare: qvi enim lac aſſumturus eſt, apertos viſcerum meatus, venasqve latas & amplas habere oportet, ut inte-*

integram utilitatem percipiat: lactis qvoq; commoditates à priſcis Medicis recenſentur, moderata inqvam alvi dejectio, boniq; ſucci generatio, cumq; per venas digeſtum ſit, bonam qvidem carnem longè meliorem reddit; mordaces autem humores expurgat, qvoscunq; invenerit, qva de cauſa urinæ difficultatem &c. ad acres verò & erodentes defluxus utiliſſimum eſt, haud ſolum qvod eos à membris affectis abluat humiditate abſtergente, qvam in parte ſeroſa continet; ſed etiam qvod membris illitum craſſitie & pingvedine ſua non ſinat nudis humores acres influentes occurrere. Ibidemqve docet lactis differentias, utilitates, modum, menſuram & tempus utendi â capite 84 usqve ad caput 98. incluſivè. Præterea lactis utilitates recenſet

Gal.lib.10.de ſimpl.medicam.facult. & aliàs variis in locis, idem, *boni ſucci eſſe* teſtatur 2. *de Simpl. Med.facult.c.*14. *Avicennas lib.*2.*tr.*2.*c.*444. miratur plane illum, qui hac de re dubitat, qvando ait: *Lac eſt boni chymi, & facit exuberare ſangvinem, propinqvæ digeſtionis, & qvomodo non? cum ſit generatum ex ſangvine;* & per totum illud caput tradit effectus lactis cum ſuis differentiis: & magis adhuc miratur *Galenus comment.*5.*aph.*64. ubi *neq; mirandum eſſe* ſcribit, *ſi lac dicimus bonum ſuccum generare, etiamſi aliqvid habeat flatuoſum: nam in univerſum bonum ſuccum generare dicimus, qvæcunq; poſt coctionem ad bonum humorem transmutantur, hoc eſt, ad ſangvinem.* Qvod autem ad ſangvinem trans-

ransmutetur, docet *lib. 3. de* *emper. c. 4.* ubi *lac* poteſtate dici-ur *ſangvis, qvia facilè fit ſangvis.* Et dubitas adhuc de ſufficiente nutritione? Si profanis Au-thoribus credere nolueris, le-ge *S. Aug. in Soliloqviis c. 19.* Sic tota ſchola Medicorum ad an-tè dictam normam, uti videre eſt in *Ioële operum Medicorum tom. 5. l. 1. ſect. 2.* lac phthiſicis, & he-cticis præſcribit. Sic *Concilia-tor diff. 194.* docet, qvando lac, & qvale bibendum ſit phthiſi-cis; in qvonam catarrho; in quo gradu febris; qvomodo in fluxione ventris ſit eo uten-dum; qvibusnam ſiticuloſis dandum ſit; qvid per ſuſpen-ſum viſcus intelligatur, exactiſ-ſimè explicat. Et qui ſunt, qvi magis acido ſucco repleti

ſunt, qvàm melancholici? Qui plus cruditatum, & viſcoſi humoris in ſe continent, qvàm ſenes? Qvi tam lentum, continuum, & febrilem calorem perſentiunt, quam phthiſici, & hectici? Nec deterreat *aphor. Hipp.* 65. *ſect.* 5. contra lac: is enim de obſtructionibus, & accumulatis malignis humoribus adhuc exiſtentibus intelligendus eſt: ſuper hunc aphoriſm. lege *Cardanum lib.* 2. *contradicentium Medicor. tract.* 3. *contradict.* 1. ubi non tantum ad hydropem; ſed & ad cachexiam lac camelinum ex *Avicenna* præſcribit, docetqvè modum & qvantitatem eo utendi, traditqvè regulam ſe ſub lactis uſu conſervandi. Idem facit *Vitalis de furno lib. de diverſ. re-*

med.

med. ad diverſos morbos, *Barthol. Anglicus lib.* 19. *de corporalium rerum accidentibus*, *Aetius de re medica lib.* 2. *c.* 90. & quid lac potantes obſervare debeant, docet etiam *Paulus Æginet a in ſuis Præceptis ſalubribus c.* 87. *Et ne obid corpus humanum deſtituatur hoc usq; adeo generoſo præſidio*, ut loqvitur *Claudinus in appendice de ingreſſu ad infirmos ſect.* 8. ſic docet idem, qvomodo lac corrigendum ſit ratione ſuorum prohibentium. Ita etiam *Foreſtus l.* 4. *obſ. med. Gazius in corona florida medicinæ à c.* 115. *usqve ad cap.* 123. incluſivè modum, tempus, qvantitatem & qvalitatem lactis utendi, & qvibusnam remediis obviandum aut præſervandum ſit, ne id corrumpatur, fideliſſimè expo-

 nit.

nit. Tales qvoqve regulas lacte utentibus, præſcribit *Gal.l.5. de ſanit. tuenda c.7.* quod idem facit *Hippoc. lib. de morbis mulierum.* Et an lac inflationem pariat ventriculo, non immeritò dubitat *Matthiolus in ſecundum Dioſcoridis c. 66. qvi in græcò codice manuſcripto φυσιμὸν non φυσηπιμὸν legit; qvalem lectionem ſecutus fuiſſe videtur Serapio, ſer. 3. c. 447.* uti etiam in manuſcripto codice invenire eſt, qui ex *Dioſcoride* ita tranſcribit, *& lac confert ſtomacho*: & hæc *Matthiolus*, qui certè non leve dubium movit: nam & in noſtra Bibliotheca facultatis Medicæ aliqvot ſunt MS. *Serapionis* codices, qvi ſanè idem docent. Talis eſt imprimis antiqvum illud volumen MS. ſub. n. 280.

inti-

intitulatum, *Aggregatio Joannis Serapionis in ſimplicibus medicinis ſuper ſententiis Medicorum, & maximè Galieni & Dioſcoridis translata à Simone Januenſi c.* 439. *ubi docet, lac conferre ſtomacho: idem videre eſt in alio MS. Serapionis* codice in eadem Facultatis Medicæ Bibliotheca ab *Abrahamo Judæo Tortuenſi* de Arabico in Latinum interpretato ſub. n. 15. hos ſeqvuntur alii duo impreſſi *Serapionis* libri ſub n. 267. & 297. Idem docens in hujus teſtimonium *Gazius in corona florida Medicinæ c.* 116. ita ſcribit: *qvod etiam voluit Serapio Authoritate Dioſcoridis, cum ait, lac omne eſſe boni chymi &c. & confert ſtomacho*, idem videtur inſinuare aliud volumen MS. in Bibliotheca Medica ſub n. 500. intitulatum *Iſaac*

 de

de diætis univerſalibus: ubi habet; *aſininum lac nullam in ſtomacho facere conglutinationem*, qvod qvidem plures alii teſtantur. Et nec *Serapio* ſolus lac convenire ſtomacho docuit; verum etiam *Matthæus Silvaticus in opere Pandectarum c.* 486. ubi ex *Dioſcoride* ita ſcribit: *Omne lac generat bonum chymum, & eſt multi nutrimenti, mollit ventrem & convenit ſtomacho.* Lac caprinum accommodatiſſimum eſſe ſtomacho teſtatur *Nicolaus Perottus Cornucop. lib. 1. epigram. 5. colum.* 494. *verſ.* 55. Idem apertiſſimè docet *Bartholom. Anglicus l.* 19. *de corporalium rerum accidentibus*, ubi unumqvodqvè lac ſtomacho convenire aſſerit. *Platyna de honeſta voluptate lib. 2. c.* 16. ait: *Lac multum ſangvinis generare, cerebrum*

rebrum fovere, pulmoni & ſtomacho prodeſſe, genituram augere inter Medicos conſtat: adeoq; niſi aliæ graviores rationes adferantur, ex hoc nihil contra lac argui poteſt. *Gal. de ſimpl. medic. facultatibus lib. 10.* lac ad acres, & mordaces fluxiones utiliſſimum eſſe teſtatur, utpote *non tantum eas abluens à partibus affectis; ſed & corpora illiniens, ne in nuda cadat, quod defluit.* Idem affirmat *Matthæus Silvaticus in opere Pandectarum c. 486 ex Rabbi Moyſe c. de lacte* hiſce: *Et lac corrumpit malitiam malorum humorum: ex Serapione, Avicenna verò & Galieno* ita ſcribit: *Et lac convenit catarrho acuto, & mundificat membra à chymis malis propter ſuam abſterſionem, & adhæret membris, & probibet ab eis acuitatem*

humorum, ne ad id perveniat, & ſedat mordicationem membrorum humorum. Conſentit *Antonius Fumanellus lib. de ſenum. regim. c.* 13. & *Vitalis de furno* olim Cardinalis & Archiater *in lib. de diverſis remediis ad diverſos corporis morbos c.* 208. 209. & 210. ubi dicit: *Omne lac ex his compoſitum eſt ſubſtantiis, in virtute & actione variis, diverſiſque, una eſt ſubtiliativa & mundificativa; altera groſſa & oppilativa; tertia mollificativa & extenuativa: ſi enim ſubſtantia aquoſa & ſeroſa acuta eſt & ſubtiliativa; groſſa & caſeativa frigida eſt & oppilativa; butyroſa verò unctuoſa eſt & mollificativa, unde lac &c. corruptorum humorum abſterſivum, venarum penetrativum, oppilationum ſplenis & hepatis aperitivum, &c. & tale lac hydropicorum eſt juvati-*

vativum &c. ubi quoque docet ante uſum lactis corpus præpararare, ut hæc efficiat, qvomodo & quando & quali lacte ſit utendum per integra illa tria capita ad oculum demonſtrat; & adhuc clarius & melius *Barthol. Anglicus lib.* 19. *de corporalium rerum accidentibus à capite* 61 *usq; ad caput* 69. incluſivè, qui id *membra confortare, calorem hepatis & ſtomachi refrigerare,* & adhuc ſexcentas alias utilitates addit. At cum citatio nimis longa foret, Lectorem illuc remitto. Idem approbat *Georgius Valla lib. de natura partium animal. Aetius de re Medica lib.* 2. *c.* 90. *Levinus Lemnius lib.* 1. *de complexion. c.* 11. ex lacte cum ſaccharo nec calculum nec obſtructionem ullam inde generari aſſerit.

rit. Sic pariter *Aetius ſerm.* 11. *c.* 15. omne lac præter aſininum calculoſis incommodum exiſtere teſtatur hiſce: Hoc enim, inquit Archigenes, & ſubſtantiâ tenuiſſimum eſt, & facultatis faciſlimè diſſolventis: &c. unde admonendum duxi, ut ipſum calculoſis aſſiduè heminæ menſura exhibeatur, poſt matutinas deambulationes, atqve id adſervandi â lapidis generatione gratiâ præ omnibus aliis fiat. Ex quo textu colligere licet, lacte ante corporis præparationem non eſſe utendum: quia aliàs in illis fit vitioſum, ſicut in pueris, in quibus vel ob nutricis, vel ob materni lactis vitium, vel ob propriam indiſpoſitionem corrumpitur. Idem *ſerm.* 11. *cap.* 18.

cap. 18. lac itaq; cum melle poſt puris eruptionem (de ſuppuratis renibus ex ſcriptis *Ruffi*) præbendum, & primùm qvidem aſininum aut eqvinum: ad ulcera enim repurganda conducit, cum verò amplius repurgatione opus non habent, & morſus fiunt obtuſiores; indiget æger nutrimento; tunc etiam bubulum lac eis exhibendum 2. aut 3. heminarum menſurâ: amplius autem omne lac recens mulctum calidum præbendum eſt, animali in domum, ubi æger decumbit, deducto; hoc & aliorum internorum ulcerum optimum eſt pharmacum, & gravi puri maximè amicum, & corpus probè nutrit; porrò ad vires refocillandas ac reſtaurandas ægrum

grum decumbentem molliter fricare ſingulis diebus mane convenit, & primùm bubulo lacte nutrire, poſtqvam verò concoxerit lac, ſorbitionem ex ptiſana apparatam præbere, aut amylum, aut ſimilaginem lotam cum aqva coctam, dandum & lac ovis permixtum, &c. confirmat idem *cap.* 29. de veſicæ ulceribus ex *Ruffo* hiſcè verbis: Maximum verò hic fuerit lactis potus: neq; ſcio, an poſt ullum aliud remedium ſecundo ſaltem loco id ſit habendum. Sic ad imitationem ſupradictorum lac urinas pellere *á Magnif. & Excell. D. Paulo de Sorbait Praxeos Profeſſore primario &c.* ex hujus Univerſitatis Cathedrâ Medicâ *in inſtitutionibus Medicis part.* 4. *c.* 5. paterno affectu

ſtu edoctus fui; ſic qvoqve, ſi 4. ℔ *lactis cocti* ℔ *ſs. ſacchari addatur, & parumper coqvatur, hauriaturq; ex toto, æqvivalere violento ſatis catarctico, & multas facere dejectiones experientia docuit.* Poteſtnè medicamentum ſvavius pro nauſeabundis inveniri? Et qvoties *Hippocrates* lacte in languentibus, etiam febricitantibus uſus fuerit, quærenti patebit *lib. 5. & 7. de epidem. de puero Eratolai, Adriano, puero Cænei &c.* ubi vehementem dolorem ventris poſt febrem bilioſam exhibitione primò lactis aſinini per duos dies, & poſtea lactis bubuli per 40. dies curavit. Vide *Valleſii Comment. magna in lib. 7. epidem. Hipp. n. 4.* ubi hunc uſum non ſine magna utilitate ſe aliqvando fuiſſe imitatum teſta-

teſtatur, traditq; ibidem modum utendi. Item *lib. de natur. fœmin.* in aſcenſu uteri lac aſinæ propinat, & vix non promiſcuè lacte utitur per omnes quaſi libros *de morbis mulierum*, ubi in uteri profluvio ordinat lac capræ, & ſi hoc non ſufficit, lac aſininum per 4. dies, & poſtea dies 40. lac bovis calidum potare, & de die nihil, ut ita dixerim, comedere jubet, rationem addens, qvod hoc optimum ſit, qvod hoc lacte purgetur, nutriatur langvens, malum hebetetur, retundaturvè: ubi etiam eo utendi talem modum tradit: ſi verò ſuaptè natura biliosâ, pituitoſavè ſit, nutricatu & medicinæ potione emaciata, extenuatavè adeo ſit, ut nihil ſumat; lac bubulum recens

cens calidum, uti de vacca exit, 40. dies potato; melius tamen eſt pituitoſam, dum lac ſumit, cibis quam minimis uti; hujus autem potionis menſura ſex heminæ cotulævè atticæ ſint; primò duas potato, ſingulisq; diebus unam usq; ad 6. addito; deinde ſimiliter deſcendito. Idem facit in pluribus aliis locis ejusdem libri, *ſi lienoſæ non ſint*. Quæ omnia quis non videt ad indicationes Arthritidis quam proximè accedere? Sic ipſemet *Hippocrates lib. de morb. qui extra* & in iſchyatica, & in Arthritide, â bile & pituita, *quæ motæ in articulis ſiſtuntur* genita, & in podagra poſt univerſalia, lac aſinæ ſumendum præſcribit, & in fine *lib. de morbis qui intus*, idem de iſchyatica tam â bile,

bile, ubi aſininum lac; qvam â pituita, ubi omne lac ſuadet, repetit. Et ſanè quod lac non abſolutè contrarium ſit podagricis, docuit ad *Hippocratis* imitationem *Montagnana conſil. 237. ſect. 2. cap. 2* ubi ſcribit *de doloribus juncturarum per criſin factis: Lac etiam cum ovis coctum ſuper aſpergendo cinamomum convenire poteſt,* & *conſil. 242. cap. 2. in artetica, dolore diuturno & manſivo potum lactis concedit. Conſil. 243. cap. 2.* in quadruplici mala articulorum diſpoſitione: lac comeſtum cum aliis frangentibus ejus frigiditatem & humiditatem & aptitudinem ad corruptionem accipi poſſe ſcribit. Et *conſ. 260* in mala complexione calida & ſicca magni pedis partim, per eſſentiam, partim per colligentiam.

iam hepatis ſangvinem chole-
icum ad pedes effundentis
art. 2. ſic docet: Poteſt etiam
ir iſte qvandoq; in cibariis uti
acte crudo & cocto, & partibus
jus, ut coloſtra & recocta;
onſil. 261. ex dolore in genu ex
ulnere facto cum lancea, & de
umore & duritie ejusdem
propter malam complexio-
nem humidam accidentalem
c. 2. ait; & de granis conveni-
unt cicera rubra & alba cum
prodiis pingvibus, & cibaria
etiam lacticinia, & propriê cum
lacte cocto condita, & buty-
rum & coloſtra recocta ſunt
eidem utilia. Clariùs adhuc
docet *Aetius ſerm.* 11. *c.* 15. dicens:
*igitur mirabiliter articulorum tu-
mores & nodos (qvos ad colloſæ du-
ritiei modum ex vitioſi lactis uſu pu-
eri*

eri ſuſtinere coguntur) levigat & de-let. Et imo non tantum per modum victus; ſed per modum curæ lac in Arthritide profuiſſe teſtatur *Nicolaus Perottus Cornucop. l 1. epigram 5. col. 494. verſ. 59.* ubi ſcribit: *quidam aſininum* (lac) *bibendo podagrâ chiragrave prorſus liberati fuiſſe leguntur.* Idem teſtatur *Alexander Benedictus lib. 30. c. 16. Cornel. Celſus lib. 4. medicin. c. 24.* docet: *Quidam etiam cum aſinino lacte epoto ſe eluiſſent, in perpetuum hoc malum* (podagram) *evaſerunt.* Et poſtea: Qvibus vero articulorum dolor certis temporibus revertitur, ne inutilis materia corpori ſuperſit, hos ante & curioſo victu cavere oportet, & crebriore vomitu; &, ſi quis ex corpore metus eſt, vel alvi deje-

dejectiõe uti, vel lacte purgari. Omnia hæc confirmat exemplis *Plinius natur. hiſtor. lib. 28. c. 9.* Sic qvoqve *Tilemannus in appendice de mater. medic. ad aphor. Therapeuticas* lac inter Arthritica recenſet. Unum hic notandum venit, cum lac ſit velocis alterationis, *quando tangitur à caliditate aëria, ideo ut ſugatur ex mammilla, ne alteret ipſum aër,* pręcipit *Matth. Silvat. in oper. Pandect. c. 486. ex Serapione,* adſtipulante *Aetio ſerm. 9. c. 35.* lac recens mulctum præſcribente, *& ſerm. 11. c. 18.* omne lac recens mulctũ calidum animali in domum, ubi æger decumbit, deducto ordinante: quin imo *Galen. lib. 7. method. med. c. 6.* lac ex mammis ſugendum jubet, ne ab aëre alteretur. His omnibus accedit

dit ſingularis experientia, qva meliorationem, & minorationem ſaltem paroxyſmorum, videmus, ſi non totalem eorundem ablationem experiamur. Adeoq; tàm firmis rationibus ductus, multiplici experientia confirmatus, qvàm venerabili Authoritate illuminatus, nullam cauſam diætam lacteã rejiciendi invenio; ſed lac tanqvã celeberrimum, antiqviſſimum, viventi naturæ familiariſſimũ, totiq; animantium generi perqvàm notiſſimum alimentum, pro hac diæta ſummo & unico profectò Arthritidis remedio inſtituendâ ſvadeo, & commendatum habeo.

EPILO-

EPILOGUS AD LECTOREM.

VEro itaq; verius eſt univerſaliſſimum illud rationabilium Medicorum axioma: *Contraria contrariis curantur.* Sic duo ſpecialiter ſecundùm *Thomam l. 1. cap. 25. ad magnam emendationem juvant tam corporis, quam animæ, videlicet ſubtrahere ſe violenter, ad qvod natura vitioſè inclinatur, & ferventer inſtare pro bono, quo ampliùs quis indiget.* Sic ſi Theologis credendum ſit, variorum morborum cauſas in varia vitia referentibus; ut febrem quotidianam evenire ob ſuperbiam; lepram ob libidinem; podagram propter pigritiam, & luxuriam &c. ſanè hæc curari aliter non poterit, niſi labore, & diæta longiore, â vitio ſe ſubtrahendo, & ad virtutem anhelando. *Conſvetudo enim conſvetudine vincitur; teſte eod. Thom. c. 1. c. 21.* vitium virtute curatur: quia vitium contrarium eſt virtuti, quæ tanqvam

ardua, molle illud, & imbelle levi negotio ſuperat. Sed quæſo ô! ferreos homines; cur diætam ita proſcribitis; cur illius conſvetudinem plusquam Vatiniano odio perſequimini? Cui illa unqvam nocuit? cui fuit detrimento? cui labem, & infortunium, unquam aſperſit? Nemo eſt, qui illam hoſtem ſenſit; nemo, qui illam adverſariam expertus eſt; nemo eſt, qui ſibi inimicam fuiſſe unquam intellexit; ſi ab infenſiſſimis hoſtibus, ab indomitis illis belluis, morbis, opprimamini, quomodo â vertetis exitium? ſi diæta deſit; ſi contrarium, aut nefas aliqvod grande in ſex rebus non naturalibus commiſeritis; qvomodo vos ab imminenti vitæ periculo liberabitis, ſi diæta abſit? Finge te globo trajectum, pugione transfoſſum, fuſtibus contritum, carie oſſium ſemiconſumptum, exedentibus ſcatentem ulceribus, ſcabie oppreſſum, lepra ſqvallidum, elephantiaſi tetricum, varia lue elumbem, & jamjam

peri-

periturum ibi jacere; quo medio hunc acervum malorum te ſuffocantium diminues, ſi diætam excluſeris? Habetis pacatas, & quietas noctes? pacavit diæta: habetis ætates refloreſcentes; animum reſtauravit diæta: habetis ſerenas frontes? ſerenavit diæta: fruimini robore corporis? quis conceſſit, quam diæta: gloriamini de honorum laureis? quis impoſuit veſtris verticibus, quam diæta: debellati ſunt morbi, proſcriptæ ſunt calamitates, abjecti ſunt dolores; quis abjecit? quis proſcripſit? quis debellavit? diæta. Conſiderate primos noſtros parentes, qua vitæ felicitate, ſanitatis conſtantia, quo virium robore, qua animi tranquillitate, quanto morborum exilio, & calamitatum profligatu, tot ſæcula hac duce, & comite integerrimè conſumſerint? conſiderate priſcos illos Romanos, quos morbus iſte non invaſit, teſte *Joh Bapt. Pio comm, in Plauti Mercatorem*: nam *ſi Latinus morbus fuiſſet, Latinum nomē*

utiq; haberet, Authore Plinio. Quale ô Superi! modo ſunt tempeſtate quam acerbæ, quam diræ, quam triſtes! Jacent ibi ſine hac liberales artes in plumis ligatæ, & doloribus ſopitæ; caret generoſiſſimus ille ſpiritu lacertoſo ſuorum artuum robore; imperat ibi potentiſſimis ſolus metus, & timor levis cujusdam malè ſituatæ plumæ; exulat proſcripta amœniſſima illius vultus tranquillitas; abolita eſt ſine hac Charitum æmula totius corporis adoranda pulchritudo, cujus aſpectum totus inclinato vertice venerabatur orbis; ibi hæret meris miſeriarum clavis affixus, & dolorum nodis alligatus; ad cujus nutum antea revocabatur ex occidente Sol in Orientem, ſplendebat ad meridiem Cynthia, humiliabantur Caucaſeæ rupes, transferebantur Maria, invertebantur Antipodes, firmabatur Primum Mobile; nunc immobilis nec ſui proprii corporis membra ulla vi ad obedientem levem quemvis mo-

tum

ım cogere poteſt. O tempora!
onſvetudines! Ad quid opes & præ-
dia litterarum absqve ſanitate? Ut
neritò cum *Thom. de Kempis lib 3.c.30.*
nterrogare quis poſſit; *& quomodo*
oteſt amari vita tantas habens amari-
udines, tot ſubjecta miſeriis & calami-
atibus? Quomodo etiam dicitur vita
ot generans mortes & peſtes? Aut cum
Anacreonte Poëta exclamare:

O ſanitas beata!
O ſanitas amanda!
O ſanitas colenda!
Tecum mihi beatè
Reliqvum agitare vitæ
Liceat, mihiq; vitæ
Adſis comes perennis,
Nam quicquid eſt bonorum,
Et quicquid eſt amorum,
Magnis in auri acervis;
In principum favore:
In liberis venuſtis:
In conjugum decore:
Et quicquid eſt quod ampli
Largitur orbis Author.

Quietis à labore,
Gaudiiq́ poſt dolorem,
Tecum viget, viretq́.

Quorſum vires, & robur Heröum, ſi leviſſimis plumis opprimantur? qvorſum ingenii conatus; ſi dolorum nodis, & nodorum catenis conſtringantur? quorſum mentis acies, ſi calcinoſis illis, & corroſivis calculis obtundatur, & hebetetur? Fac Majeſtatem diætæ ruere: fac potentiam boni victus regiminis minui, laxa frænum gulæ, DEUM immortalem! ex hac perverſione rerum, & neglectu diætæ quanta in hominem, in provincias, in omnem orbem calamitatum diluvia redundabunt! Videbitis illicò truculentiſſimas iræ tempeſtates excitari, regnabunt ſcelera, luxuriandi libido ſusq́ deq́ debacchabitur, nulla virtutis diſcernetur actio, exulabunt liberales artes, improbitas, impietas, perfidia, ebria ingluvies eliminatâ æquitate, excæcatâ religione, amiſſa ſinceritate proſcripta ſobrietatis ſere-

nitate,

ſtate impunè graſſabuntur, obvela-
tur mero juſtitia, obtenebrabitur
rtaro imperantium ſplendidiſſima
Majeſtas, ita ut ex Regno Sylva fera-
um animantium, ex Republica ty-
ridum, & leonum ſpelunca, ex con-
cordiæ domiciliis furioſorum homi-
num latronumq́ perditorum recepta-
cula ſint reſultatura, habebit Senatus
mutos piſces, pro Senatoribus arbo-
rum trunci populo præponentur, Bel-
lonam immoti ſtipites ducent, pro
Principibus caudices imperabunt (de
aliis pluribus ebrietatis, luxuriæq́ vi-
tiis non tantum Chriſtiani, ſed & E-
thnici multi religioſiſſ. plurima ſcri-
pſerunt) ne mireris, tantum rerum
interitum ex neglectu diætæ conſecu-
turum. *Quales enim ſunt humores, ta-
les ſunt mores*; ſed humores ſunt mali
victus ratione depravati, & corrupti:
ergò & mores. Aſpicite diætam, quæ
â longe refulget, quæ vobis ſanitatis,
phyſicæ, & moralis præmia promit-
tuntur, felicitatis annuli deſponſan-

 tur,

tur, ſecuritatis cynoſura monſtratur, generoſitatis impedimenta removentur, furor temperantiæ aquâ mitigatur, denſus ille obtenebrans imperantium ſplendorem tartarus ſapientiæ ſale conſumitur, & attenuatur, furioſi latrones, & rerum publicarum Tygrides ſobrietatis manſvetudine, readepto rationis lumine paciſcuntur, virium laureæ heroibus decernuntur. *Dies me deficiet, deſtituent vires, deſemet lingua*, ſi triumphos ſobrietatis ab orbe terrarum reportatos referrem univerſos. Nulla laus commendandæ pro dignitate diætæ ſufficit, nulla oratio ſatis eſt boni victus regiminis, & temperantiæ meritis deprædicandis, qvo illam nomine dignam cenſes? quam non errorum, & inſcitiæ tenebræ conceperunt, non otii, & deſidiæ cupido fovit: non voluptatis, & vitiorum corruptela peperit; ſed divina providentia naturæ conceſſit, labor & induſtria in lucem evocavit, quam virtus, & honor ſuis humeris

circum-

circumferunt. Hæc Imperatoribus in bello auxiliatur: hæc Regibus in Senatu aſſiſtit: hæc Principibus in Magiſtratu feliciter gerendo opem fert: hæc civibus patrocinium præſtat: hæc familiares in unanimitate conſervat: amicos indiſſolubili vinculo conjungit: omni deniq; humano ſtatui eſt ſalutaris. Vos viros, vos ſobrios alloquor, quis Authoritatem dignitatemq; veſtris nominibus conciliavit? Vos temperatos conteſtor, quis famæ immortalitatisq; veſtræ ſigna erexit? Ubi forent divina Platonis nomina, Demoſthenis, Ciceronis, Ariſtotelis, Galeni, Hipp. Juſtiniani, niſi temperantiæ ſubſidiis inclaruiſſent? Ubi aureum os Chryſoſtomi, melleum Ambroſii: hoc niſi deaurаſſet, niſi melle aſperſiſſet diæta. Quod Oceanus agit in gemmis, in aquis ipſis effundendis, hoc bonum 6. rerum non naturalium regimen præſtat in bonis mortalium comparandis. Dat Oceanus conchas: p æ-

bet ſanitatem, temperantia: dat Oceanus flumina; præbet animi, & corporis incolumitatem diæta. Hæc illa eſt, quæ, ſicut arbores fructus, ſicut terra gramina, ſicut ſol lucem; ita ipſa toti humano generi felicitatem inducit. Non eſt locus, quo illius vis non penetrat; non eſt populus, cui non ſit utilis. Omnes itaq; illam noſtræ natam incolumitati deprædicemus; omnes illi nos totos debere fateamur; omnes, ut beneficium ê cœlo delatum complectamur. Non enim humanum quid eſt diæta; ſed humano majus, imò & divinum; non terrenum, ſed cœleſte; non obvium, ſed ſuper omnia dona excellentiſſimum. Humanumnè aliquid putabitis, quod originem ê cœlo traxit? Terrenumnè illud dicetis, quod â cœli incolis, ab Angelis ad nos deſcendit? Obviumnè illud cenſebitis, quod Authorem habet DEUM, Huc ergo contendite, huc cogitate, & in proſpera tandem fortunataq; lætitia conſtituti eritis, Fruere

Pa-

Patria! fruere benevolè, diætetice Lector, tanta felicitate; ſerva tantam fortunam, in ea hilaris, & ſecundis avibus conquieſce; & gratulor tibi perennatos dies, amica ſidera, propitiam felicitatem, gaudiorum ver, deſideratam ſanitatem, optatamque valetudinem continuaturam.

I. L. V. G.

INDEX

Notabilium, quæ in hoc Tractatu continentur.

Actio & reactio. fol. 50

Aëris varietas. 70

quomodo generat morbos 72

Aetas prima lactea eſt. 1

Alimentum ſimplex ſufficit ad nutritionem. 181

Alimenta malè adhibita quomodo generant morbos. 74

Alimentorum varietas nocet. 80.86

Copia nocet. 83.84
Præpropera aſſumptio. 87
Alnatras. 64
Amoris deſcriptio. 102
Varia vis. 101
Anagras. 65
Animalium carnes ſignificant bonitatem lactis. 217
In animæ temperamento conſiſtit ſanitas. 108
Animi pathemata quomodo morbos cauſant. 103
perturbatio nocet corpori. 105
Aphoriſmus Hipp. 65. ſect. 5. explic. 222
Aquæ hauſtus ſalubris eſt. 79
Aquâ ſolâ homo non nutritur. 21
Artetica. 65
Arthritis. 64. 66
unde dicitur. 65
Arthritidis definitio. 65
Arthritidis naturales cauſæ. 109
proximior cauſa. 116
proxima cauſa. 123
In Arthritide cur pauci curentur. 178
Arthritici. 66

ad iram propenſi. 107
Articularis morbus. 65
Articularius morbus. 65
Articularii. 66
Articulatio requiſita ad dolorem Arthriticum. 68
Articulorum dolor. 64
morbus. 65

BAlneum Artificiale. 149
Balnei Artificialis efficacia. 150
D. Beceli reſponſum. 156
Per buas quid intelligunt infantes. 39

CAcochymica corpora non ſunt multum nutrienda. 86
Canis ſuo Domino fidelis. 44
Caput cauſa fluxionum. 120
Carnium comeſtio generat Podagr. 80
Catarrhorum cauſa. 84
Chiragra. 66
Chylus aſſimilatur lacti. 23
Cibi ſanitatem conſervantes fuerunt olim tales, qui non niſi eſurientib. placere potuerunt. 96

Con-

Convaleſcentes in Arthritid. proni. 112
Corollaria ex reſponſionibus. 204

DEntium Podagra. 67
Ductus Chylifer Pecqveti. 59

ELementa noſtra non ſunt pura. 4
Elementorum transmutatio. 8
Eunuchi Podagrici. 115
De Eunuchis excuſatur Hippocr. 115
Excreta & retenta cauſæ morbor. 94

FEbris in cura lactis. 175. 195
Filius â ſua matre non lactatus idem eſt ac mortuus. 44
Filius â nutrice lactatus nō verè amat ſuos Parentes. 44
Filii â communiore nutrice enutriti quales virtutes per illius lac inhauriant. 25
â Filiis ita enutritis quid ſperand. 28
Filiorum degeneratio unde 28. 34
diſcrepantia unde 29. 35
indoles corrūp. ab alien. lacte, 32. 34
Flatuum cauſa. 130
Fluxio Arthritica per quas vias. 121

Semper fit â fortiore ad debiliorem partem. 121
Fluxionum cauſa. 84
Furoris deſcriptio. 106
D.Franchimont reſponſum. 188
GAudii vis. 104
Gaudio multi mortui ſunt. 104
Generationis principia lactea ſunt. 2
Gonagra. 66
Gutta. 65
HEterogeneus cibus in lactis uſu eſt vitandus. 148
Helluones cur guſtum & appetitum comedendi amittunt. 76
Helluonum ad hoc remedium. 77
Helluones cur hectici moriuntur. 77
Homagra. 66
Humor Arthritidem cauſans eſt peculiaris. 123
Humor nutritius eſt lacti Analog. 22
Humoris heterogenei effectus. 127
Humores cauſant dolorem. 68
Humorum metaſtaſes. 112
IMbecillitas lienis. 118

In omni fluxione oportet aſpicere ad partem mandantem. 132.135
Intemperies ventriculi eſt cauſa perverſæ digeſtionis 117
Intemperies hepatis quomodo humores pervertat. 117
Ira totum corpus commovet. 167
Ira deſcribitur. 105
Ira in corde reſidet. 106
Ad iram podagrici propenſi. 107
Irâ nullus mortuus eſt. 104
Iſchiatica. 66

LAc naturæ nutrimentum. 1
Semen & ſanguis ſunt idem materialiter. 2
Piis vita, impiis mors. 17
Sumitur pro omnibus cibis. 18
ubertate omnium rerum. 18
rebus hominum vitæ neceſſ. 19
Lac quid eſt 38.39
Maternum eſt maxime proprium puerorum alimentum. 46
Facultates naturales confert. 46
Brutale non agit in hominem. 47
Non eſt cauſa obtuſior. ingenii. 54

Quo-

Quomodo nutrit. 55
Eſt idea diætæ â nutrice inſtitut. 62
Alimentare. 63
Medicinale. 63
Non eſt unicum Arthrit. remed. 137
Non eſt remedium empiricum. 138
Non eſt ſemper in Arthrit. conv. 138. 145
Nec Indicationib. ſatisfaciens. 141
In obſtructionib. non eſt dand. 147
Quomodo ſit continuandum. 166
Ab ubere eſt bibendum. 172. 217
Ne aceſcat. 173. 198
Lac ſi ventrem nimis laxaret. 174. 199
Conſtringeret. 174. 199
Quomodo tantum auxilium præſtat. 175. 207. 208. 180
Confirmatur in Arthritide. 187. 206
Citra ventriculi coctionem poteſt verti in ſanguinem 214
Pro Melancholicis. 214
Sicca ventriculi intemperie. 214
Dolore ventriculi. 214
Bilioſis alvi dejectionibus. 215
Immodico ventris fluxu ob ſiccitatem. 215
Cœlia-

Cœliacis. 215,222
Dyſentericis. 215
Nutrimento ſenum. 216
Ad reſtaurandum humidum radic. 217
Eſt plurimi nutrimenti. 218.226
Cōſtat ex oppoſitis ſubſtantiis. 218.228
Ad urinæ difficultatem. 219.230
erodentes fluxiones.
Eſt boni ſucci. 220.225.226
Dicitur ſanguis. 221
Pro phthiſicis. 221
Hecticis. 222
In quo gradu febris ſit bibendum. 221
Quibus ſiticuloſis ſit dandum. 221
Ad hydropem. 222.228
Lac ad cachexiam. 222
Quomodo ratione ſuorum prohibentium ſit corrigendum. 223
An inflationem pariat ventriculo. 224
Confert ſtomacho. 224.225 226,230
Aſinin non conglutinatur in ſtom. 226
Ad oppilationē ſplenis & hepatis. 228
Calculum. 229
Podagram. 235
Lactis Analogia in Regno vegetabili. 2
mine-

minerali. 3
Mercurio. 3
Elementis. 4 5.6.7
Cœlo ſtellato. 11
Elementis Grammat. 15
Artibus liberalibus. 20
Sanguine. 7
Lactis Naturam indagare. 18
Neceſſitas probatur â bona vita. 13
Conſolatione afflictorum. 14
Refocillatione. 16
Cibis omnibus. 18
Ab æſtimatione. 19
â dignitate. 19
Myſteriis fidei. 19
More Scytharum. 20
Naturæ nutrimento. 21
Lactis detractione Deus punivit malos. 18
dono Deus donavit ſuos. 14
Etymologia. 38
Definitio. 57
Materia ſanguis & chylus. 58
Differentiæ. 61
Boni ſigna. 62

Tem-

Temperament. â nutrice ſumitur. 63
Sumendi qvantitas. 195. 144
Cura. 153
Curæ feliciter inchoatæ ſigna. 154
Uſus diuturnus in pueris morboſis non laudatur. 53
Conducit Arthriticis. 160. 194
Periculoſus eſt. 162
Cura non omnib. benè ſucceſſit. 177
Effectus. 218. 219. 220. 230. 233
Qualitates. 219. 220. 221. 223. 227. 216
Menſura. 219. 223. 224
Modus bibendi. 219. 222. 223. 230. 233. 234. 238
Uſus naturalis unde. 207
Oeconomicus unde. 207
Medicus unde. 207
Curæ Lactis æquivalens alia diæta poteſt ordinari. 208
In cura Lactis diæta eſt principalis ratio. 203. 208
Pro lact. cura ſuppoſita quædam. 180
Si Lact uſum ſeqveretur calor. 174. 197
Sitis. 174. 197
In Lact. uſu obſervanda. 173. 193. 146. 148

Curæ

Curæ initio ſæpè purgand. 173.194
De Lactis cura experientiæ. 158.162
Sub Lactis dulcedine intelligitur ſvavitas amoris. 19
Lacti vitam omnes debemus. 24
Per Lac communicantur proprietates ſpecialiſſimæ. 25
Pro Lac aſſumturis requiſita. 218.223
Lacte benè vivimus Dei exemplô. 13
Malè utentes morbos incidunt. 17
Homo nutritur. 22
Utendi triplex modus. 190
Cum Lacte error fugitur. 28
Quo Lacte ſit utendum. 161.166
Lactare proprium eſt matrum. 38
Lactantes ſentiunt materiam lact. ſurſum in mammam aſcendere. 60
Quæ lactat, magis eſt dicenda mater, qvam quæ genuit. 38
Quæ nō lactat, eſt imperfectaMater. 43
Non verè amat. 43
Lactea hæc diæta huic Arthritico convenit. 145
Lactere proprium eſt Filiorum. 38
Lacteum catarticum. 215

Lacti-

Lacticinia in lact. uſu admittuntur. 145
Lateris podagra. 67

MAmmæ ad lactificandum factæ ſunt. 40
Sunt infirmorum puerorum remedium. 4
Lactificant. 57
Sunt ad ſpeciei conſervationem. 57
Mammarum Etymologia. 39
Manna eſt lac aëris. 5
Matres debent ſuas proles lactare. 36
Mercurius eſt metallorum matrix. 3
Mœroris vis. 104
Morbus corporis ut curetur, prius ſanandus eſt morbus animæ. 102
Motus violentus â cibo nocet. 86
cauſat Podagram. 93
Mulier habet præſidiũ contra omnes morbos. 95
Quare Podagrâ laborat. 103. 98
Plus amat filium â ſe lactatum, quã non â ſe lactatum. 45
Mulieris Etymologia. 45
dignitas eſt lactare ſuos filios. 45
Mu-

Mulierem Natura ad lactationem deſtinavit. 45

NAturæ nutrimentum eſt lac. 1
Naturæ ſolertia in lactific. 32
Contra naturam peccatum eſt, non lactare ſuos filios. 24
Nutricum communiorum elogium. 25
Complexio cõmunicatur fœtui. 63

Obſtructiones viſcerum unde oriuntur. 118
Odontagra. 67
Otium vituperatur. 93

PEr papas quid intelligunt infantes. 39
Parcitas laudatur in menſa. 213
Paſſio juncturarum. 65
Paſſi reſiſtentia. 51
Pechyagra. 66
Perturbatio animi nocet corpori. 105
Philoſophia regit animos, Medicina verò corpora. 70
D. Pobreſensky reſponſum. 155
Podagra. 66.

Den-

Dentium. 67
Hæreditaria. 109
Lateris. 67
Quando eſt curabilis. 208
Podagræ quæ ætas magis ſubjecta. 112
Podagram curat ſimplex menſa. 212
Podagrici.
Unde tam certa temporum prognoſtica ſciant. 73
Variis accidẽtibus ſunt ſubjecti. 43
Podagroſi. 86
Præſervativum certum contra omnes morbos. 87
Pueri podagrici. 114
Puerorum podagræ cauſa. 114

QVale ſemen, tale genitum. 110
Quare ſunt multi morbi. 95
Quod lædit, eſt exceſſivæ qualit. 127

RAchyſagra. 66
Res non naturales ſunt cauſa morborum & ſanitatis. 69
Ros eſt lac aëris. 5

Secu-

Seculi larva. 27
Sangvis melancholicus vitioſo lacti comparatur. 119
Sanguinis transfuſio Neoterica improbatur. 133
Antiqvorum laudatur. 135
Sanguinem ſugunt Tartari. 135
Seneca excuſat Hippocratem. 97
Serum ex corpore evacuandum. 22
D. Simonettæ Reſponſum. 192
Somnus quomodo generat Podagr. 88
Pomeridianus nocet. 89
Quibus conceditur. 91
Stomachi debilitatis cauſa. 129
Stercorata cura podagræ rejicitur. 135
Subitanea mutatio nocet. 139
Syagonagra. 66
Symptomatum variorum cauſa. 128
Tata quid eſt apud infantes. 39
Temperamentum ad Podagram aptum. 111
Thermæ ad lactis uſum. 149
Tracheagra. 66
Tranquillitas facit ad longam ſanitatem. 108

VAriæ cauſæ podagræ. 10
Venus quomodo generat Podagram. 99
Via lactea lac appellatur. 12
Vigiliæ immodicæ nocent. 92
Vinum generat Podagram. 78
Vini abſtinentia ſanat Podagram. 78
Vinipotæ habent tenuiſſimas ſtomachi membranas. 77
Viri ſunt magis obnoxii Podagræ quam mulieres. 119
Virtutis gratiâ multi perierunt. 37
Ulcera antiqua conſolidata faciunt ad generationem Podagræ. 100
Urina eſt ſerum eliminandum. 22

FINIS.